



HEXASTICHON ANEMOLII POETE
Laureati Hythlodei ex sorore nepotis in
Vtopiam insulam,

Vtopia priscis dicta, ob infrequentiam,
Nunc ciuitatis æmula Platonica,
Fortasse victrix, (nam quod illa literis
Deliniauit, hoc ego vna prestiti,)
Viris & opibus, optimisque legibus
Eutopia merito sum vocanda nomine.

Clarissimo D. Hieronymo Buslidio præposito
Ariensi, Catholici regis Caroli a cõsiliis Petrus
Ægidius Antuerpiensis S. D.



Vperioribus hisce diebus ornatissime
Buslidi misit ad me Thomas ille Morus,
te quoque teste, cui notissimus est, eximi-
um huius ætatis nostræ decus, Vtopi-
am insulam, paucis adhuc mortalibus
cognitam, sed dignam imprimis quam
ut plusq̃ platoniam omnes velint cog-
noscere, præsertim ab homine sacun-
dissimo sic expressam, sic depictam, sic
oculis subiectam, ut quoties lego, aliquanto plus mihi vide-
re videar, q̃ cum ipsum Raphaelẽ Hythlodẽ (nam ei ser-
moni æque interfui ac Morus ipse) sua verba sonantem au-
direm. Etiam si vir ille haud vulgari præditus eloquentia
sic rem exponeret, ut facile appareret eum non ea referre, q̃
narrantibus aliis didicisset sed quæ cominus hausisset ocu-
lis, & in quibus non exiguum tempus esset versatus, homo mea-
quidem sententia regionum hominum, & rerum experien-
tia vel ipso vlyste superior, & qualem occingetis hincce annis
nusquam arbitrer natum, ad quem collat⁹ Vespucius mihi
vidisse putetur. Iam præterq̃ quod visa q̃ audita narramus
efficacius, aderat homini peculiaris quædam ad explican-
das res dexteritas. Atq̃ eadem hæc quoties Mori penicillo
depicta contemplor sic afficior, ut mihi videar non unq̃ in
ipsa versari Vtopia. Et hercle crediderim Raphaelẽ ipsum
minus in ea insula vidisse per omne quinquennium quod
illic egit, q̃ in Mori descriptione videre liceat. Tantum hoc
currit vndiq̃ miraculog, ut abigã qd primũ, aut potissimũ)
admirer felicissimæ memoriæ fidẽ quæ tot res auditas dũ
taxat, pene ad verbum reddere potuerit. an prudẽciam qui
vulgo ignotissimos fontes, vnde omnia reipublicæ vel ori-
untur mala, vel oriri possent bona, sic animaduertit, an ora-

tionis vni ac facultatem, qua tanta sermonis latini puritate, tantis dicendi neruis, tot res complexus est, praesertim vnq̄ in tot publica simul & domestica negotia distractus. Verū hæc omnia tu minus admiraris doctissime Bussidi, qui familiariter etiam consuetudine penitus habes cognitum, homine maius ac prope diuinum hominis ingenium. In cæteris igitur nihil est, quod illius scriptis queam adicere. Tantum tetra-stichū vernacula Vtopi-^{si}um lingua scriptum, quod a Mori discessu, forte mihi ostendit Hythlodeus apponendum curauit, præfixo eiusdem gentis alphabeto, tum adiectis ad margines aliquot annotatiunculis. Nam quod de in Tulae situ laborat Morus, ne id quidem omnino tacuit Raphael, q̄ paucis admodum, ac velut obiter attigit, velut hoc alii seruari loco. At q̄ id sane nescio quo mō casus quidam malus vtriq̄ nostrum inuidit, si quidem cum ea loqueretur Raphael adierat Morum e famulis quispiam, qui illi nescio quid diceret in aurem, ac mihi quidem tanto attentius auscultant, comitum quisquam clarius, ob frigus opinor: nauigatione collectum: tu mens: dicentis voces aliquot intercepit. Verum non conquiescam: donec hæc quoq̄ partem ad plenum cognouero: adeo vt non solum situm insulæ: sed ipsam etiam poli sublationem sim tibi ad vngue rediturus: si modo in eolumis est noster Hythlodens. Nam varius de homine rumor adfertur: alii affirmant perisse in itinere: rursum alii reuersum i patriam: sed partim suorum mores non ferentem: partim Vtopiæ desiderio sollicitatum: eo remigrasse. Nam quod huius insulæ nomen nusq̄ apud Cosmographos reperitur: pulchre dissoluit Hythlodeus ipse. Si quidem fieri potuit: inquit: vt nomen quo veteres sint vsi: postea sit commutatum: aut etiam illos hæc fugerit insula: quando & hodie complures oriuntur terræ, prisca illis Geographis intactæ. Quamq̄ quorsum attinet hic argumentis astruere fidem: cum Morus ille sit author! Cæterum quod is ambigit de ædificatione: equidem laudo & agnosco viri modestiam. At mihi visum est op̄ modis ora-

Supra

In fine

nibus indignum, quod diu premeretur, & cum primis dignum: quod exeat in manus hominū: idq̄ tuo potissimum nomine commendatum orbi: vel quod Mori dotes tibi precipue sint perspectæ: vel quod nemo magis idoneus: qui re etis consiliis iuuat rempublicam: in qua iam annis compluribus: summa cum laude versaris: tum prudentiæ tum integritatis. Bene vale studiorum Mœccenas: & huius sæculi decus. Anuerpiæ Anno M.D.XVI. Cal. Nouembris

IOANNES PALVDANVS CASSILETENSIS
M. PETRO AEGIDIO D. S.

Topiam Mori tui simulq̄ epigrammata legi. nec satis scio maiore ne cum voluptate an admiratone. felicem Britanniam quæ nūc eiusmodi floreat ingenis vt cū ipsa possint antiquitate certare. Nos stupidos ac plusq̄ plumbeos: si ne tam vicinis q̄dem exemplis ad eam laudem capessendam expergeri possimus inquit Aristoteles loquente Isocrate. At nobis turpe sit lucris tantum ac voluptatibus vacare, cum apud vltimos orbis Britannos, fauore benignitateq̄ principum sic vigeat eruditio. Quamq̄ hæc laus Græcorum & Italicorum pene fuit propria, tamē habet & Hispania veterum aliquot splendida noia quibus se iactat. habet Anacharsides suos effera Scythia. habet suū Dania Saxonē habet suū Gallia Budacē. Tot habet Germania literis celebres viros, tam multos eosq̄ insignes habet Anglia. Nā qd de cæteris cōtendū est, si implet Morus primū iuuenis. deinde publicis ac domesticis negotiis adeo distractus. postremo q̄uis profitens citius q̄ las.

Epigrammata

supra

In fine

In fine

Et soli nobis sat beati videmur si probe prospectum sit cuticulae & arcae. Qui ipsi quoque excusso veterino ad hoc pulcherrimum certamen accingimur. in quo nec vinci turpe sit & vincere pulcherrimum. prouocant huc tot vndique exempla, prouocat huc optimus princeps Carolus penes quem nulli rei amplius est premium: quam eruditae virtuti, prouocat huc vnicus ille rerum bonarum omnium Maccenas Ioannes Syluagius Borgondiae Cancellarius. Maiorem in modum te rogo doctissime Petre Aegidi ut cum primum licebit Vtopiam euulgandam cures quod quicquid ad rem publicam bene instituendam pertinet, in hac velut in speculo liceat cernere. Vtinam fiat ut quemadmodum illi nostram religionem accipere ceperunt: ita nos ab illis administrandae reipublicae rationem mutuemur. Id fortasse facile fieret: si Theologorum aliquot insignes & inuicti in eam insulam se conferat: Christi fidem iam suppullulantem prouecturi, simulque ei gereris mores & instituta ad nos deportaturi. Multum debet Vtopia Hythlodeo per quem innotuit indigna quae nesciretur. plus eruditissimo moro, cuius penicillo nobis tam scite depicta est. porro quod vtrique debetur gratiae, eius non minima pars tibi secunda est, quae & illius sermone, & huius scriptum in lucem emiseris, non mediocri delectamento futurum omnibus, maiori fructui. Si modo diligenter expenderit singula. Meum animum sic excitauit Vtopia, ut iam olim a musis desueris, denuo musas lacessiuerim, quae feliciter, tu iudicabis. Bene vale Petre Aegidi candidissime, bonorum studiorum & fautor & mysta. Louanii ex aedibus nostris Calen, decemb.

Eiusdem Ioannis Paludani rhetoris Louanien in nouam insulam Vtopiam carmen.

Fortis Roma dedit, dedit & laudata disertus
Graecia, frugales incluta Sparta dedit.
Massilia integros dedit, at Germania duces.

Comes ac lepidos Attica terra dedit.
Gallia clara pios quondam dedit Africa cautos
Munificos olim terra Britanna dedit
Virtutum ex aliis aliarum exempla petuntur
Gentibus, & quod huic desit, huic superat
Vna semel totam summam totius honesti
Insula terrigenis Vtopiana dedit.

Gerardus Nouiomagus de Vtopia.
Dulcia lector amas! sunt hic dulcissima quaeque
Vtile si queris: nil legis vtilius.
Sive vtrunque voles, vtroque haec insula abundat
Quo linguam exornes, quo doceas animum
Hic fontes aperit recti prauisque disertus
Morus, Londini gloria prima sui.

Cornelius Grapheus ad lectorem.
Vis noua monstra, nouo dudum nunc orbe reperto!
Viuenti varia vis ratione modos!
Vis qui virtutum fontes! vis vnde malorum
Principia! & quantum rebus inane latet!
Haec lege, quae vario Morus dedit ille colore.
Morus Londinae nobilitatis honos.

Hieronimus Buslidus Thomae Moro
S. D.

Non sat fuit ornatissime More olim omnem curam,
operam, studium, intulisse in rem & commodum
singulorum, nisi vel ea (quae tua pietas & liberalitas est)
conferres in vniuersum, ratus hoc tuum, qualecunque foret, bene-
ficio, eo maiorem hinc morari fauorem, venari gratiam,
aucupari gloriam, quanto illud & latius propagatum, & in
plures distributum, pluribus esset profuturum. Quod & si
alias semper praestare contenderis, tamen id maxime es nuper
mira felicitate adsecutus, scilicet pomeridiano illo sermone

ne abs te in literas relato. Quem de recte & bene constituta
(ab omnibus expetenda) Vtopienſium republica ædidiſti
In cuius pulcherrimi inſtituti felici deſcriptione nihil eſt in
quo vel ſumma eruditio, vel abſoluta rerum humanarum
peritia deſiderari poſſit. Quando ea quidem ambo in illo
tanta paritate & æquabili congreſſu concurrunt, vt neutro
alteri herbã porrigente, vtrunq; æquo Marte de gloria con
cedat. Tam ſiquidem multifaria polles doctrina, Kurium
tam multa eaq; certa rerum peritia, vt proruſ expertiſſimè affir
mes quicquid ſcriperis, Doctiſſime ſcribas, quicquid affir
mandum deſtinaueris. Mira profecto raraq; felicitas, ac pla
ne eo rarior, quo magis ipſa ſeſe inuidias plurimis, non pre
ter niſi raris. Maxime iſis, qui ſicut candore velint ita eru
ditiſſime ſciant, ſide queat, auctoriſſime pollint, tam pie, recte,
prouide, in commune conſulere, ſicut tu iam facis probe,
qui quod non ſolum tibi, verum etiam toti te genitum or
bi exiſtimas, operæ precium duxeris, hoc tuo pulcherrimo
merito, vel totum ipſum orbem demereri: quod præſtare a
lia ratione neq; rectius neq; melius potuiſſes: q̄ ipſis mortu
libus ratione pollentibus: eam reipub. ideam: eam morum
formulam: abſolutiſſimūq; ſimulacrum præſcribere: quo
nullo vnq; in orbe viſum ſit: vel ſalubri⁹ inſtitutum: vel ma
gis abſolutum: vel quod magis expetendum videatur: vt
pote multo quidem præſtante: atq; longo poſt ſe interual
lo relinqnente: tot celebratiſſimas: tantopere decantatas La
cedæmoniorum: Athenienſium: Romanorum: reſpubli
cas. Quæ ſi iſdem eſſent auſpiciis auſpicatæ: iſdem (qui
bus hæc tua reſpub.) inſtitutiſ: legibus: decretis: moribus:
moderatæ. Profecto hæc nondum labefactatæ & ſolo æqua
tæ. Iam pro dolor citra ſpem omnem inſtauratiōis extinctæ
facerent. Sed contra: incolumes adhuc beatæ: felices: fortu
naſſimæ agerent. Interim rerum dominæ: iuui late impe
rium terra marisq; fortitæ. Quarum quidem rerum pub

licarum: tu miſerandam miſeratus fortem: ne altæ iſdem
(quæ hodie rerum potitæ ſummum tenent) parem ſuſtine
rent vicem: proſpicere voluiſti: ſcilicet hac tua abſolutiſſi
ma republica: quæ non tam in condendis legibus: q̄ vel pro
batiſſimis magiſtratibus formandis: maxime elaborauit.
Nec id quidem ab re: quando alioqui ſine illis omnes (vel
optimæ) leges, ſi Platoni credimus: mortuæ cenſerent. pre
fertim ad quorum magiſtratuum ſimulacrum: probitatis
ſpecimen: exemplar morum: iuſtitiæ imaginem: totus ſta
tus: & rectus tenor cuiuſuis abſolutæ reip. lit eſtingendus. In
quo imprimis concurrant: prudentia in optimatibus: for
tudo in militibus: temperantia in ſingulis: iuſticia in om
nibus: quibus quum tua (quam tantopere celebras) reſpub
lica ſit tam pulcherrime: vt liquet: compoſita. No mirum
ſi hinc veniat non ſolum multis timenda: ſed & cunctis
ribus veneranda: ſimul omnibus ſæculis prædicanda. Idq;
eo magis: quod in ea omnis proprietatis contentione ſub
lata: nulli ſit quippiam proprii. Cæterum i rem ipſam com
munem: communia ſunt omnibus omnia: Adeo vt om
nis res: quæuis actio ſeu publica ſeu priuata: non ad multo
rum cupiditatem: non ad paucorum libidinem ſpectet: ſed
ad vnam iuſticiam: æquabilitatem: communionem ſuſti
nendam (quantulacunque ſit) rota referatur. Quo illa inte
gre relata: omnis materies fax & fomes: ambitus, luxus, inu
ditiæ, iniuriæ faceſſat necelle eſt. In quæ nonnunquã: aut
priuata rerum poſſeſſio: aut ardens habendi ſitis: omnium
quæ miſerrima rerum ambitio: mortales (vel reluctantes) p
trudjt: maximo ſuo idq; incomparabili malo. Quando hic
ſæpenumero diſſenſiones animorum: motus armorum: &
bella plusquam ciuilia derepente oriantur. Quibus non ſo
lum florentiſſimus ſtatus beatiſſimarum rerū pub. fundit
peſſundat. Verū illag: olim parta gloria: acti triūphi: clara

a ii

*Pulcherrima
Lam
quid
Lam
tam*

*Keper: p...
L
L
L*

Bona reſponſio

Rei

Probia:

*Communium
L
L*

*Probia
L
L*

*L
L
L*

*Probia Communium
L
L*

Vexillano
trophæa, totiesq; opima spolia, de uictis hostibus relata, penitus obliterantur. Quod si in his hæc nostra pagina minores forte, ac velim, fidem fecerit, certe in promptu aderunt restes ad quos te relegendum locupletissimi, videlicet tot & tantæ olim vastatæ vrbes, dirutæ ciuitates, prostratæ respub. incensæ & consumpti vici, quorum vti hodie vix vllæ rætæ calamitatis reliquiæ, aut vestigia visuntur. Ita nec nomina illorum, vlla quantumuis vetus, & longe deducta historis, sat probe tener. Quas quidem insignes clades, vastationes, euerfiones, cæteraq; belli calamitates: nostræ, si quæ sint) respub. facile eualerint: modo ad vnâ Vtopientium rei publicæ normam sese ad amissim componentes, ab ea ne transuersum quidem, vt aiunt, vnguem recedant. Quod sic demum præstantes, tandē re ipsa cumulatissime agnoscent. quantum hoc tuum in se collatum beneficium profuerit, maxime quo accedente didicerint, suam respubl. saluam incolumem, triumphantem seruare. Proinde tantū tibi suo præsentissimo seruatori debituræ, quantum is haud iniuria promeretur, qui non tantum aliquem e republica ciuem sed vel ipsam totam respub. seruarit. Interea vale, ac feliciter perge non nihil vsq; meditari, agere, elaborare, quod in respub. collatum, illi perpetuitatem, tibi immortalitatem addat. Vale doctissime & idem humanissime More, tuæ Britannia, ac nostri huius orbis dec. Ex ædibus nostris Mechliniæ. M. D. XVI.

PREFATIO
in opus de optimo respublicæ statu.

THOMAS MORVS PETRO AEGIDIOS. P. D.



Vdet me propemodum charissime Petre Aegidi libellum hunc, de Vtopiana republica, post annum fere ad te mitte-
re quem te non dubito intra sesquimen-
tem expectasse. quippe quum scires mi-
hi demptum in hoc opere inueniendi
laborem, neq; de dispositione quicq; fu-
illie cogitandum cui tantum erant ea recitanda, quæ tecum
vna pariter auditi narrantem Raphaelem, quare nec erat
quod in eloquendo laboretur, quando nec illius sermo po-
tuit exquisitus esse: quum esset primum subitarius, atq; ex
temporalis, deinde hominis vt scis non perinde latine docti
q; græce, & mea oratio quanto accederet propius ad illius
neglectam simplicitatem, tanto futura sit propior veritas
ti, cui hac in re soli curam & debeo & habeo. Fateor mi Pe-
tre mihi adeo multum laboris huius rebus paratis detractū,
vt pene nihil fuerit relictum alioquin huius rei vel excogitatio,
vel æconomia, potuisset, ab ingenio neq; infimo neq;
prorsus indocto postulare, tum temporis non nihil, tū studii,
quod si exigeretur, ut diserte etiam res, nō tantum ver-
scriberetur, id vero a me præstari, nullo tempore, nullo studio
potuisset. Nunc vero quum ablatis curis huius, in quibus
tantum fuit sudoris exhauriendum, restiterit tantum hoc,
vt sic simpliciter scriberentur audita, nihil erat negotii, sed
huic tamen tam nihilo negotii peragendo, cætera negotia
mea minus fere q; nihil temporis reliquerunt. Dum causas
forenses assidue alias ago, alias audio, alias arbiter finio, al-
ias iudex dirimo, dum hic officii causa visitur: ille negotii,
dum foris totum ferme diem aliis impartior, reliquum me-
is, relinquo mihi hoc est literis, nihil. Nempe reuerso do-
mum, cum vxore fabulandum est, garrendum cum liberis
colloquendum cum ministris, quæ ego omnia inter nego-
cia numero, quando fieri necesse est. Necesse est autem nisi
velis esse domi tuæ peregrinus. Et dāda omnino opera est,
vt quos vitæ tuæ comites, aut natura prouidit, aut fecit ca-

Barny
Cronony

Barny
Cibry

Barny
Penny

Barny
Hoy

Barny
Fruiter

Barny

sus: aut ipse delegisti: hiis vt te q̄ iucundissimum compares,
modo vt ne comitate corrupas, aut indulgentia ex mis-
nistris dominos red. las. Inter hæc quæ dixi elabitur dies,
mensis, annus: quando ergo scribimus: nec interim de som-
no quicq̄ sum loquutus vt nec de cibo quidem qui multis
non minus ablutit temporis: q̄ somnus ipse, qui vitæ ab-
sumit ferme dimidium. At mihi hoc solum temporis ad-
quiro quod somno ciboq̄ suffuror, quod quoniam par-
cum est, lente, quia tamen aliquid, aliquando perfecti. atq̄
ad te mi Petre transinisi Vtopiam vt legeres, & si quid es-
fugisset nos, vt tu admoneres. Quanq̄ enim non hac par-
te penitus diffido mihi, qui vtinam sic ingenio atq̄ doctri-
na aliquid essem, vt memoriam nõ vique quaq̄ destituor
non vsque adeo tamen confido, vt credam nihil mihi po-
tuisse excidere. Nam & Ioannes Clemens puer meus, qui ad
fuit vt sis vna, vt quem a nullo patior sermone abesse in
quo aliquid esse fructus potest, quoniam ab hac herba qua
& latinis literis & græcis coepit eutrescere, egregiam aliqua
do frugem. Spéro in magnam me coniecit dubium. si qui-
dem quum quantu ego recordor, Hythlodeus narrauerit
Amauroricum illum pontem quo fluuius Anydrus in-
sternitur, quingentos habere passus in longum, Ioannes
meus ait detrahendos esse ducentos: latitudinem fluminis
haud supra trecentos ibi continere. Ego te rogo rem vt res-
uoces in memoriam. Nam si tu cum illo sentis, ego quoq̄
adsentiar & me lapsum credam, sin ipse non recolas, scri-
bam vt feci quod ipse recordari videor mihi, nam vt ma-
xime curabo, ne quid sit in libro falsi, ita si quid sit in an. ibi
quo, potius mendacium dicam, q̄ mentiar, q̄ malim bonus
esse q̄ prudens. Quanq̄ facile fuerit huic mederi morbo, si
ex Raphaelo ipso aut præsens scisciteris aut per literas, qd̄
necesse est facias vel ob alium scrupulum, qui nobis incidit
nescio mea ne culpa magis, an tua, an Raphaelis ipsius. Nã
neq̄ nobis i mentē venit querere, neq̄ illi dicere, qua i parte
nouit illius orbis Vtopia sita sit. Quod non fuisse præter-

Nota the-
ologica in
differenti-
am inter
mentur et
mendaciu
dicere.

Barny
Fru

missum sic: vellem profecto medfoert pecunia mea redem-
ptum, vel quod subpudet me nescire, quo in mari sit insula
de qua tam multa recenseam, vel quod sunt apud nos vn̄
& alter: sed vnus maxime, vir pius & professione Theolo-
gus, qui miro flagrat desiderio adeundæ Vtopiæ, non in-
ani & curiosa libidine collustrandi noua: sed vt i religione
nostram: feliciter ibi coeptam, foueat atq̄ adaugeat. Quod
quo faciat rite, decreuit ante curare vt mittatur a pontifice
atq̄ adeo vt creetur Vtopiensibus episcopus, nihil eo scrupulo
retardatus, quod hoc antistitium sit illi precibus in-
petradum. Quippe sanctum dicit ambitum, quem non ho-
noris aut questus ratio, sed pietatis respectus pepererit.
Quamobrem te oro mi Petre vt i aut prælens, si potes cõ-
mode, aut absens per epistolam, compelles Hythlodeum,
atq̄ efficias, ne quicq̄ huic operi meo, aut in sit falsi, aut veri
deyderetur. Atq̄ haud scio an præstet ipsum ei librum os-
tendi. Nam neq̄ alius æque sufficit si quid est erratum cor-
rigere: neq̄ is ipse aliter hoc præstare potest, q̄ si quæ sunt a
me scripta perlegerit. ad hæc: fiet vt hoc facto intelligas, ac-
cipiat ne libenter, an grauatim ferat: hoc operis a me con-
scribi. Nempe si suos labores decreuit ipse mandare literis,
nolit fortasse me: neq̄ ego certe velim, Vtopiensium per
me vulgata republica, florem illi gratiamq̄ nouitatis histo-
riæ suæ præripere. Quanq̄ vt vere dicam nec ipse mecum
satis adhuc cõstitui an sim omnino æditurus. Etenim tam
varia sunt palata mortalium, tam morosa quorundam in-
genia, tam ingrati animi: tam absurda iudicia, vt cum hiis
haud paulo felicius agi videatur, qui iucundi atq̄ hilares
gento indulgent suo, q̄ qui semet macerant curis, vt ædant
aliquid quod aliis aut fastidientibus aut ingratis: vel vtili-
tati possit esse: vel voluptati. plurimi literas nesciunt: multi
contemnunt. Barbarus vt durum reicit: q̄cqd nõ est plane

Barny
Fruiter

Barny
Fruiter

Sanctus
ambitus

Ingrata
hominum
iudicia.

Barny
Fruiter

Barny
Fruiter

barbarum, Scioli aspernantur vt triuale, quicquid obsole
tis verbis non scaret, quibusdam solum placent vetera, plac
risq; tantum sua. Hic tam tetricus est vt non admittat iocos
hic tam insulsius vno ferat sales, tam simili quidam sunt, vt
nasum omnem, velut aquam ab rabido morsus cane retor
msident, adeo mobiles alii sunt vt aliud sedentes probent, ali
ud stantes. Hii sedent i tabernis & inter pocula de scriptorib;
iudicant ingeniis, magnaq; cum autoritate condemnant
vrcunq; lubitum est, suis quenc; scriptis, veluti capilicio
vellicantes, ipsi interim tuti, & quod dici solet, *ἔγω βέλους*,
quippe tam leues & abradi vndiq; vt ne pilum quidem habe
ant boni viri: quo possint apprehendi. Sunt praeterea qui
dam tam ingrati: vt quum impenite delectentur opere: nihl
lo tamen magis ament authorem. Non absimiles inhumas
nis hospitibus, qui quum opipero conuiuio proluxe sint ex
cepti: saturi demum discedunt domum: nullis habitis gra
tiis ei a quo sunt inuitati. I nunc & hominibus tam delicat
ti palati: tam varii gustus: animi praeterea tam memoris &
grati tuis impensis epulum instrue. Sed tamen mi Petre tu
illud age quod dixi cum Hythlodeo: postea tñ integrum es
rit hac de re consulere denuo. Quanq; si id ipsius voluptas
te fiat: quando quidem scribendi labore defun

ctus: nunc serio sapio: quod reliquum est
de adendo: sequar amicorum cons
siliu: atq; imprimis tuum. Va
le dulciss. Petre Aegidi: cu
optima coniuge: ac me
vt soles ama: qn ego
te amo etiam plus
q; soleo.

F I N I S

SERMO RAPHAELIS HYTHLODEI viri eximii de optimo reipublicae statu, per illustrem virum Thomam Morum in clytae Britanniarum urbis Londini & Ciuem & Vicecomitem. . .



Vñ non exigui momenti negotia quaedam
inuitissimus Angliae Rex Henricus etus
nois octauus, oibus egregii principis arti
bus ornatissimus, cu serenissimo Castellae
principe Carolo cotroucia nup habuisset,
ad ea tractanda componendaq; oratore me
legauit in Flandriam, comitem & collega
viri incoparabilis Cuthberti Tunstalli quem scripitis nuper
ingenti oim gratulatione prefecit, de cuius sane laudib; n
hila me dicetur, no q; verear ne parū sinceræ fidei testis ha
benda sit amicitia, sed q; virtus eius ac doctrina maior est, q;
vt a me praedicari possit, tñ notior vbiq; atq; illustrior, q; vt
debeat, nisi videri velim solē lucerna, quod aiunt, ostendere.
Occurrerūt nobis Brugis (sic eni couenerat) hi, qbus a pri
cipe negociū demadabatur egregii viri oēs, in his praefec
Brugensis vir magnificus princeps & caput erat, caeterū os
& pectus Georgius Temisicus Cassiletanus Praepositus, no
arte solū veruetiā natura facūd; ad haec iure cōsultissimus,
tractadi vero negocii cū ingenio tū assiduo rerū vsu exim
us artifex, vbi semel atq; iterū congressi qbusdam de rebus
no satis cōsentiremus, illi in aliquot dies vale nobis dicto,
Bruxellas profecti sunt, principis oraculū scisciraturi. Ego
me interim (sic eni res scerebat) Antuerpiā cōfero, ibi dum
versor, saepe me inter alios, sed quo no alius gratior, inuissit
Petrus Aegidi; Antuerpiæ natus magna fide, & loco apud
suos honesto, dignus honestissimo, qppe iuuenis haud scio
doctior ne, an moratior: est eni & optim; & iratissimus ad
haec aio in oēs candido, in amicos vero tā propiō pectore

b i

amore, fide, adfectu tam syncero, vt vix vnū aut alterū vlt
inuenias que illi sentias oibus amicitia numeris esse con
fere du. Kara illi modestia, nemini logius a est fucus, nulli
simplicitas inest prudentior, porro sermone tā lepidus & tā
innoxie facit, vt patriæ deyderiū ac laris domestici vxor
ris & liberorū, quorū studio reuiscndorū nimis q̄ anxie tene
bar (ia tū eni p̄ quatuor mētibz abfuerā domo) magna
ex pte mihi dulcissima cōsuetudine sua, & mellitissima cō
fabulatione leuauerit. I tūc quū die quadā in templo diuæ
Mariæ quod & opere pulcherrimū & populo celeberrimū
est, rei diuinæ interfuissem, atq; pacto sacro parare inde in
hospitiū redire, forte colloquentē video cū hospite quodā
vergetis ad sentū ætatis, vultu adusto, pmissa barba: penul
la neglectim, ab humero dependēte, q̄ mihi ex vultu atq; ha
bitu nauclerus esse videbat. At Petrus vbi me cōspexit adit
ac salutat respōdere conantē seducit paululū, & vides inqt
hūc? (simul designabat eū cū quo loquentē viderā) eū inqt
tam hūc ad te recta parabam ducere. Venisset inq; pgratus
mihi tua causa. Imo inqt ille: si noffes hominem, sua. Nam
nemo viuit hodie mortalium oim: q̄ tantā tibi hoim terra
rūq; incognitarū narrare possit historiam, quarū rerū au
dicdarū scio auidissimum esse te. Ergo inq; non pelime cō
lectauit. Nam primo aspectu protinus sentū hoim esse nau
clerum. At qui inquit aberrasti logissime: nauigauit q̄dem
non vt Palinurus: sed vt Vlysses: imo velut Plato. Nempe
Raphacl iste, sic enim vocatur gentilitio nomine Hythlo
deus, & latinæ linguæ nō indoctus, & græcæ doctissimus
(cuius ideo studiosior q̄ Romanæ fuit: quā totum se ad
dixerat p̄bia: qua in re nihil quod alicuius momenti sit
præter Senecæ quædam ac Ciceronis extare latine cogno
uit) relicto fratris patrimonio quod ei domi fuerat (est
enim lusitanus) orbis terrarū cōtemplandi studio Ameri
co Vespucio se adiunxit atq; in tribus posterloribus illarū
quatuor nauigationū q̄ passim tā legūtur ppetuus eius co
mes fuit, nisi qd̄ in vltima cū eo nō rediit. Curauit enī atq;

adeo extorsit ab Americo, vt ipse in his. xxiiii. esset qui ad fi
nes postremæ nauigationis in Castello relinquebant. Itaq;
relictus est, vt i obtemperaret animo eius peregrinatiōis ma
gis q̄ sepulchri curioso, q̄ppe cui hæc allidue sunt in ore. ecc
lo regitur qui non habet vnam & vndiq; ad superos tantū
dem esse viæ. Quæ mens eius, nisi deus ei propiti⁹ affuisset,
nimio fuerat illi constatura. Cæterum postq; digressio Ves
pucio multas regiones cum quinq; Castellanorum comiti
bus emensus est, mirabili tandem fortuna Taprobanen de
latus, inde peruenit in Caliquit, vbi repertis commode Lu
sitianorum nauibus, in patriam deniq; præter sp̄e reuehitur
Hæc vbi narrauit Petrus, actis ei gratiis q̄ tā officiosus in
me fuisset, vt cui⁹ viri colloquiū mihi gratū speraret, ei⁹ vt
sermone fruerer, tantā rōnem habuisset, ad Raphaelem me
cōuerto, tū vbi nō mutuo salutaſsem⁹, atq; illa coia dixisse
mus, q̄ dici in priō hospitiū congressu solent, inde domum
meam digredimur, ibiq; in horto cōsidentes in scāno cespit
tibus herbeis cōstrato cōfabulamur. Narrauit ergo nobis,
quo pacto postea Vespucio abierat ipse soci⁹ eius q̄ i Ca
stello remāserat conueniēdo atq; blandiēdo cæpint se pau
latim ei⁹ terræ gētib⁹ insinuare, iamq; nō innoxie mō apud
eas, sed et familiarit̄ versari, tū p̄cipi euidā (cui⁹ & patria
mihi & nome excidit) grati chariq; esse, ei⁹ liberalitate nar
rabat cōmeatū atq; viaticū ipsi & quinq; ei⁹ comitib⁹ affatū fu
isse subpeditatū, cū itineris (qd̄ p aquā ratib⁹, p terrā curru
peragebant) fidelissimō duce, q̄ eos ad alios p̄cipes, quos
diligent cōmendati petebant, adduceret. Nā post multorū
itinerā dieq; oppida atq; vrbes atebat reperisse se ac nō pessī
me institutas magna pp̄loḡ frequentia respublicas. Nempe
sub æquatoris linea tū hinc atq; inde ab vtroq; latere quas
tum fere sp̄acii solis orbita cōplectit vastas subiacere solitu
dines perpetuo feruore torridas: squalor vndiq; & tristis rē
rum facies, horrida atq; inculta oia feris habitata serpentis
busq; aut deniq; hoib⁹ neq; minus effēris q̄ sint belluarū neq;
m⁹ noxiis. Cæterq; vbi logi⁹ euect⁹ sis, paulatī oia māſueſce

Melanops

Thur
ingra

Septem

apophthe
gina.

Capitulum

Bolus

Carum

Capitulum

re, coelū mī⁹ aspū, solū virore blādū, mī⁹ tiora aīantiū īgenia
tandē aperiri populos, vrbes, oppida, in his assidua nō inter
se modo ac finitimos, sed procul etiam distitas gentes terra
marīq; cōmertia. Inde sibi natam facultatem multas vltro
citroq; terras inuisendi. q; nulla nauis ad iter quodlibet in
struebatur in quam non ille comitesq; eius libentissime ad
mittebantur. Naues quas primis regionibus conspexerūt,
carīna plana fuisse narrabat, vela consutis papyris aut vimī
nibus intendebantur, alibi coriacea, post vero accuminatas
carīnas canobea vela reppererūt, omnia deniq; nostris simi
lia. Nautae maris ac caeli non imperiti, sed miram se narra
bat in ille gratiam tradito magnetis vsu, cuius antea penit⁹
erant ignari. ideoq; timide pelago cōsueuīse sese, neq; alias
temere, q; aīstare credere. Nunc vero eius fiducia lapidis con
temnunt hyemem, securi magis q; tuti, vt periculum sine q;
res magno eis bono futura putabatur, eadem per imprudē
tiam magnorum causa malorum fiat. Quid quoq; in loco
se vidisse narrauit & longum fuerit explicare neq; huius est
operis institutum, & alio fortasse loco dicetur a nobis, pra
sertim quicquid ex vsu fuerit non ignorari, qualia sunt in
primis ea, quae apud populos vsq; ciuilitate conuidentes ani
mauerunt recte prudenterq; prouisum. His enim de rebus
& nos auidiissime rogabamus, & ille libentissime diserebat,
omīsa interim inquisitione monstrorum, quibus nihil est
minus nouum. Nam Scyllas & celonos rapaces & Lestrigo
nas populiuoros, atq; eiuscemodi immania portenta, nisi q;
fere non inuenias, at sane ac sapienter institutos ciues haud
reperias vbilibet. Caeterum vt multa apud novos illos po
pulos adnotauit perperam consulta, sic haud pauca recen
suit, ynde possint exempla sumi/corrigendis harum vrbiū,
nationum gentium ac regnorum erroribus idonea/alio, vt
dixi, loco a me commemoranda. Nunc ea tantum referre a
nimus est, quae de moribus atq; institutis narrabat Vtopi
ensium praemisio tamen eo sermone quo velut tractu quo
dam ad eius mentionem reipublicae deuentum est. Nam

quum Raphael prudentissime recensisset, alia hic, alia illic
errata, vtrobique certe plurima, tum quae apud nos, quaeue ite
sunt apud illos cauta sapientius, quum vniuscuiusq; popu
li mores atq; instituta sic teneret, tanq; in quemcunq; locum
diuertisset: totam ibi vitam vixisse videretur, admiratur
hominem Petrus. Miror profecto mi Raphael, inquit, cur
te regi cuiquam nō ad iungas quoq; nemine esse satis scio cui
tu non sis futurus vehementer gratus, vt pote quem hac do
ctrina atq; hac locorum hominumq; peritia non oblectare
solum, sed exemplis quoq; instruere atq; adiuuare consilio
sis idoneus, simul hoc pacto & tuis rebus aegregiae consulu
eris, & tuorum omnium commodis magno esse ad iumen
to possis. Quod ad meos attinet, inquit ille, non valde com
moueor, nempe in quos mediocriter opinor me officii mei
partes impleuisse. Nam qb; rebus alii non nisi senes & aegri
cedunt, imo tum quoq; aegre cedunt, quum amplius retine
re nō possunt, eas res ego nō sanus mō ac vegetus, sed iuues
nis quoq; cognatis amicisq; dispartiri, q; debere puto hac
mea esse benignitate contentos, neq; id exigere atq; expecta
re praeterea, vt memet eorum causa regibus in seruitiū de
dam. Bona verba inquit Petrus, mihi visum est non vt ser
uias regibus, sed vt in seruias. Hoc est inquit ille vna syllaba
plusq; seruias. At ego sic cenleo inquit Petr⁹ quoquo tu no
mine rem appelles, eam tamen ipsam esse viam, qua nō aliis
mō & priuatim & publice possis conducere, sed etiam que q;
ipsius conditionem reddere foeliciores. Foeliciores ne inqt
Raphael ea via facerem a qua abhorret animus? At q; nunc
sic viuo vt volo, quod ego certe suspicor paucissimis pur
puratorum eontigere. Quin satis est eorum, qui potentum
amicicias ambiunt, ne magnam putes factura fieri tibi me atq;
vno aut altero mei similibus sint carituri. Tum ego pspicu
um est in qua te mi Raphael neq; opum esse neq; potentiae
cupidū, atq; ego profecto huius tuae mentis hominem non
min⁹ veneror ac suspicio q; eorum queuis q; maxime rerum
sunt potetes. Caeterum videbaris plane rem te atq; isthoc aīo

neq; ei nisi selectos dignari gnosti corrumpere, nunc vel elague
scut ocio, vel negociis ppe muliebribus emolliuntur, idem
bonis artibus instructi ad vitam, & virilibus exercitati la-
boribus effecminent. Certe utcumq; sese hæc habet res illud
mihi nequaquam videtur publicæ rei conducere, in euentum belli,
quod nunquam habetis nisi quum vultis, infinitam eius gnis turba ale-
re, quod infestat pacem, cuius tanto maior haberi ratio quam belli
debeat. Neq; hæc tamen sola est furandi necessitas, est alia magis
quam credo peculiaris vobis. Quamnam est ea inquit Cardinalis.
Oves inquam vestrae quae tam mites esse tam exiguo solet ali nunc
vt fertur tam edaces atq; indomitae esse coeperunt, vt hoies deuor-
rent ipsos, agros, domos, oppida vastent ac depopulent. Ne-
pe quibuscumq; regni partibus nascitur lana tenuior, atq; ideo pro-
ciolior ibi nobiles & gnosti atq; adeo abbates aliquot sancti
viri, non his contenti redditibus fructibusq; annuis, quae maioribus suis
solebant ex praediis crescere, nec habentes satis, quod ociose ac
laute viuentes, nihil in publicum praesint nisi et obsint, aruo ni-
hil relinquunt, oia claudunt pascuis, demolunt domos diru-
unt oppida, templo diraxat stabuladjs ombus relicto & tam-
parum solum perderent apud uos ferarum saltus, ac viuaria: illi
boni viri habitationes omnes, & quicquid videri est culti, vertunt
in solitudinem. Ergo vt vnus helleuo inexplibilis ac dira pe-
stis patriae, continuatis agris, aliquot millia iugum vno circui-
det septo, eiciunt coloni quidam suis, etiam aut circumscripti
fraude, aut vt oppressi exuunt, aut fatigati iniuriis adigunt
ad venditionem. Itaque quoquo pacto emigrant miseri, viri, mu-
lieres: mariti, uxores, orbi, viduae, parentes cum paruis libe-
ris, & numerosa magis quam diuite familia, vt multis opus ha-
beret manibus res rustica, emigrant in qua e notis atq; assuetis
laribus, nec inueniunt quo se recipiant, supellectilem om-
nem haud magno vendibilem, etiam si manere possit empto-
rem, quum extrudi necesse est, minimo veniant, id quum bre-
ui errando insuperint, quid restat aliud denique quam vt furent
& pendeant iuste scilicet, aut vagetur atq; mendicent, quum tamen
quoque velut erronei coniciuntur in carcerem, quod ociosi ob-

ambulent, quoque operam nemo est qui conducatur, quum illi
cupidissime offeratur. Nam rusticae rei cui assueuerunt nihil
est quod agatur vbi nihil ferit. Si quidem vnus opilio atq; bu-
buleus sufficit ei terrae depascendae pecoribus in cuius cul-
tum vt sementi faciendae sufficeret multae poscebant man-
Atque hæc ratione fit vt multis in locis annona multo sit cha-
rior. Quin lanarum quoque adeo increuit pretium vt a tenuio-
ribus, qui pannos inde solent apud vos conficere, prorsus
cui non possint, atque ea ratione plures ab opere ablegantur
in ocium. Nam post aucta pascua infinitam ouium vim ab-
sumpsit tabes, velut eorum cupiditatem vlciscente deo im-
missa in oues lue, quam in ipsorum capita contortam esse fue-
rat iustus. Quod si maxime increseat ouium numerus precio
nihil decrescit tamen, quod carum si monopolium appellari non po-
test quod non vnus vendit, certe oligopolium est. Reciderunt
enim fere in manus paucorum eorumdemque diuitum, quos nul-
la necessitas urget ante vendendum quod libet, nec tamen libet quod liceat
quantum libet. Iam cetera quoque pecorum genera vt aequae chara
sint, eadem ratio est, atque hoc etiam amplius, quod diruris villis,
atque innumera re rustica non sint qui futuram curent. Neque
enim diuites illi, vt ouium, sic etiam armentorum fetus edu-
cant: sed aliunde macra empta villi, posteaque suis pascuis pin-
guerint magno reuendunt. Ideoque sicuti reor nondum sentit
totum huius rei incommodum. Nempe adhuc his modo lo-
cis reddunt cara, vbi vendunt, ceterum vbi aliquandiu celeriter ex-
tulerit illinc quae nasci possint, tamen demum ibi quoque paulatim decre-
scente copia vbi coenuntur, necesse est sic insigni labore et in-
opia. Ita qua re vel maxime felix hæc vestra videbatur insu-
la, iam ipsam paucorum improba cupiditas vertit in perni-
citem. Nam hæc annonae charitas in causa est, cur quaeque possit
plurimos e familia dimittat, quo queso nisi medicatum, aut
quod generosis animis persuadeas facilius latrocinatum:
Quid quod ad miseram hanc egestatem atque inopiam adiu-
git importuna luxuries. Nam & ministris nobilitum, & opti-
cibus, & ipsis prope modum rusticis, & omnibus denique ordini-
bus, multum est insolentis apparatus in vestibus, nimius videtur

Quae sunt vestes & apparatus
in vestibus

Pars

Quaestio
de rebus
vulgariis
de rebus
vulgariis
de rebus
vulgariis

Quaestio
de rebus
vulgariis

270

Quaestio
de rebus
vulgariis
de rebus
vulgariis

Quaestio
de rebus
vulgariis

luxus. Iam ganea, lustra, lupanar, et aliud lupanar tabernæ,
vinariæ, ceruicariæ, postremo tot improbi ludi, alea, char-
ta, fritillus, pila, sphaera, discus, an nō hæc celeriter exhausta
pecunia, recta suos mystas mittunt aliquo latrocinatum?
Has perniciosas pestes eiecite, statuite, vt villas atq; oppida
rustica, aut hi restituant qui diruere, aut ea cedant repositu-
ris atq; ædificare volentibus. Refrenate coëptiones istas di-
uitum, ac velut monopolii exercēdi licētiā. Pauciores alā
tur ocio, reddat agricolatio, lanificiū instauretur, vt sit ho-
nestum negotium, quo se vtiliter exerceat ociosa ista turba,
vel quos hæctenus inopia fures fecit, vel q nunc erroneos aut
ociosi sunt ministri, fures nimirum vtriq; futuri. Certe ni-
si his malis medemini, frustra iactetis exercitam in vindicā-
da furta iusticiam. nempe speciosam magis, q̄ aut iustā aut
vtilē. Siqdem quū pessime sinitis educari, & mores paulatī
ab teneri annis corrumpti, punicōs videlicet, tū demum quū
ea flagitia viri designent, quorū sp̄s de se perpetuam a pueri-
cia vltq; prebuerant, qd aliud queso q̄ facitis fures, & idem
plectitis? Iam me hæc loquente iuris ille consultus interim
te ad dicendum composuerat, ac statuerat secum mō illo so-
lemni disputantiū vti, q̄ diligenti⁹ repetūt q̄ respōdent, adeo
bonam partem laudis ponūt in memoriā. Belle inquit dixi-
sti profecto, quū sis videlicet hospes, q̄ magis audire his de
rebus aliquid potueris, q̄ exacte quicq; cognoscere, id quod
ego paucis efficiam perspicuū. Nam primū ordine recense-
bo quæ tu dixisti. deinde ostendam quibus in rebus impo-
sunt tibi nostrarū rerū ignoratio, postremo rōnes tuas oēs di-
luam atq; dissoluam. Igit̄ vt a primo quod sum pollicit⁹ ex-
ordiar, q̄ tuor mihi visuses: Tace inq; Cardinalis: nā haud
respōsur⁹ paucis videris q̄ sic incipias. Quāobrē leuabim⁹ i
præsenti te hac respondendi molestia, seruaturi tamen inte-
grum id munus tibi in pximū cōgressum vestræ, quem (nisi
quid impediāt aut te aut Raphaelē hunc) crastin⁹ dies ve-
lim referat. Sed interim abs te mi Raphael perq̄ libenter au-
dicim, quare tu furtum putes vltimo supplicio non punie

Exp̄mit
morem et
Cardinali
familiare
interpellā
di si q̄ lo-
q̄ci ageft.

endum quāq; allam pecuniam ipse statuas quæ magis condu-
cat in publicum. Nam tolerandum ne tu quidem sentis. Ac
si nunc p mortem quoq; tñ in furtum ruit, proposita semel
vitæ securitate, q̄ vis, quis met⁹ posset absterere maleficos; q̄
mitigatione supplicii, velut præmio quodā ad maleficiū
se inuitatos interpretarentur. Oino mihi videtur inq; pater
benignissime homini vitam eripi propter ereptam pecuniā
prorsus iniquum esse. Si quidem cū humana vita ne oib⁹ q̄
dem fortunæ possessiōib⁹ paria fieri polle arbitror. Quod
si læsam iusticiam, si leges violatas, hac repēdi pœna dicat,
haud pecuniam, quid nī merito summum illud ius summa
voce iniuria? Nam neq; legum probanda sunt tam manlia
na imperia, vt scubi in leuissimis parum obtemperet, illico
stringant gladium, neq; tam stoica scita, vt omnia peccata a
deo existimant paria, vt nihil iudicent interesse, occidat ne
aliquis hōiem an numum ei surripiat, inter quæ si quicq; æq̄-
tas valet) nihil oino simile aut affine. Deus vetuit occidi
quēq; & nos tam facile occidim⁹ ob ademptam pecuniolā?
Quod si quis interpretetur, illo dei iussu interdicitam necis
potestatem, nisi quatenus humana lex declarat occidēdum,
quid obstar quo minus hōies eodē mō constituant inter se,
quatenus stuprum admittendum sit, adulterandum, peicra-
dum? Si quidem quū deus non alienæ modo, verū etiā iuac-
cuiq; mort⁹ ius ademerit, Si hominum inter se consensus de
mutua cede certis placitis consentientium, adeo debet vale-
re, vt illi⁹ præcepti vinculis eximat suos satellites, q̄ sine vilo
exēplo dei eos interemerint, quos humana sanctio iussit oc-
cidi: an non hoc pacto præceptum illud dei tantum tur⁹ est
habiturum, q̄ tū humana iura permisserint? ac fiet nimirum
vt ad eundem modum oib⁹ in rebus statuāt hōies: quatin⁹
diuina mādara cōueniat obseruari. Deniq; lex Mosāica: q̄
inclemens & aspera: nempe in seruos & quidem obstinatos
lata, tñ pecunia furtum haud morte mulctauit. Ne putem⁹
deū in noua lege clementiæ: qua pater imperat filiis: maio-
rem indulisse nobis inuicem seruiendi licentiā. Hæc sunt

De furto p̄cipuo

cur non licere putem. Quantū vtro sit absurdum, atq; etiā
pncipio sum reip. furem atq; homicidam ex æquo puniri, ne/
mo est opinor q; nesciat. Nempe quū latro conspiciat nō mi-
nus imminere discriminis dūtaxat furti damnato, q̄ si præ-
terea conuincat homicidii; hæc vna cogitatione impellitur
in cede ei⁹ quem alioq; fuerat tm̄ spoliatur⁹. q̄ppe præterq̄
q; dephenso nihil sit plus piculi. Est etiam in cede securitas
maior, & maior celandi spes sublato facinoris indice. Itaq;
dum fures nimis atrocit̄ studemus perterrefacere, in bonorū
incitamus perniciem. Iam quod queri solet: quæ punitio
possit esse commodior: hoc meo iudicio haud paulo facili⁹
est repertu: q̄ quæ possit esse deterior. Cur em̄ dubitemus eā
viā vtilem esse castigandis sceleribus: quā scimus olim tam
diu placuisse Romanis administradæ reipū, peritū illis.
Nempe hi magnorū facinorū cōuictos in lapidinas: atq;
fodienda metalla damnabant: perpetuis adseruandos vni-
culis. Quā ego quod ad hanc rem attinet: nullius institū-
tum gentis magis probo: q̄ id quod interea dū pegrinabar:
in Perside obseruatū apud vulgo dictos Polyleritas adno-
taui: populum neq; exiguum neq; imprudenter institutum
& nisi q; tributū quotānis Persarū pendit regi: cætera liberū
ac suis pmissū legib⁹. Cæterū qm̄ longe ab mari: motib⁹
fere circūdati: & suæ terræ: nulla in re maligne contenti fru-
ctibus: neq; adeūt alios sæpe neq; adeunt. tm̄ ex vetusto mo-
re gentis: neq; fines prorogare student: & quos hnt̄ ab omni
facile iniuria: & montes tuent: & p̄sio quā rerū potienti p/
soluant: immunes p̄sūs ab milicia: haud perinde splendide
atq; cōmode: felicesq; magis q̄ nobiles aut elati degūt, quip-
pe ne noīe qdē opinor præterq̄ cōterminis admodū: sat̄ noti.
Ergo apud hos furti q; peragunt, qd̄ sustulere dño reddunt,
non quod alibi fieri solet, pncipi: vt pote cui tm̄ iuris esse
consentī rem furtiuam q̄tm̄ ipsi furi: Si res perierit: precio
ex bonis furū cōfecto ac peroluto, tm̄ reliquo vxorib⁹ eorū
atq; liberis integro: ipsi dānantī opa: ac nisi atrocit̄ cōmissū
furtū est: neq; claudunt erga stulo: neq; gestant cōpedes: sed

Res pub-
ca? Polyle-
ritar apd
Persas.

Annotan-
dum nobis
q̄ secus fa-
cim⁹.

liberi ac soluti ī publicis occupant̄ operib⁹, detrectantes ac
languidius gerentes sese: non tam vīculis coercent q̄ exci-
tant verberibus, strenuam nauantes opam: absunt a contus-
 aestimetur: nec enim apud omnes: nec omni tempore: eas
 dem genera sunt in precio: Sed nec nisi exemptum auro ac
 nudum comparant. Imo ne sic quidem nisi adiurato verdu
 tore: & prestanti cautionem, veram gemmam ac lapidem
 verum esse: tam solliciti sunt: ne oculis eorum: veri loco
 adulterinus imponat: spectaturo tibi: cur minus præbeat
 oblectamenti factitius, quem tuus oculus non discernit a

De Erroribus

Error eorum qui bibebant cibum placent.

Venerunt

Stulti homines

Vana nobilitas

Stulti summa voluptas ex gemmis

Optio hominum precium adit aut adiut gemis

Supra qua vultus
habet et vultus
in fili

vero. Vterque ex æquo valere debet: tibi non minus her
 cleque cæco. Quid hi qui superfluas opes adseruant: vt nul
 lo acerui vsu: sed sola contemplatione delectentur: num
 veram percipiunt: an falsa potius voluptate luduntur: aut
 hi qui diuerso vicio: aurum quo nunquam sint vsuri, fortasse
 nec vsuri amplius abscondunt: & solliciti ne perdant: per
 dunt: quid enim aliud est, vsibus demptum tuis & omnium
 fortasse mortalium: tibi tibi reddere: & tu tabien abire: so
 thesauro, velut animi iam securus læticia gestis. Quem
 si quis furto sustulerit, cuius tu ignarus furti: decem post
 annis obieris: toto illo decennio, quo subtractæ pecuniæ
 superfuisti: quid tua retulit: surreptum an saluum fuisse?
 vtroque certe modo tantumdem vsus ad te peruenit, Ad has
 tam ineptas læticias aleatores, quorum insaniam audiu
 non vsu cognouere: venatores præterea: atque aucupes: ad
 iungunt. Nam quid habet iniquum voluptatis: talos in al
 ium proicere, quod toties fecisti: vt si quid voluptatis
 inesset: oriri tamen potuisset ex frequenti vsu satietas: aut
 quæ suauitas esse potest: ac non fastidium potius: in audie
 do latratu atque vlulatu canum? aut qui maior voluptatis
 sensus est, cum leporem canis insequitur: quam quum canis
 canem: nempe idem utrobique agitur: accurritur enim: si te
 cursus oblectet. At si te cedis spes: lanatus expectatio sub
 oculis peragendi retinet: misericordiam potius mouere de
 bet: spectare: lepuleculum a cane: imbecillum, a validiore:
 fugacem ac timidum a feroce, Innoxium denique a crudeli dis
 scriptum. Itaque Vtopiensis totum hoc venandi exerciti
 um, vt rem liberis indignam, in lanios quam artem per
 feruos obire eos supra diximus) reiecerunt. infimam es
 nim eius partem esse venationem statuunt, reliquas eius
 partes & vtiliores & honestiores: vt quæ & multo magis
 conseruant: & animalia necessitatis duntaxat gratia perimat
 quum venator ab miseri animalculi cede ac laniatu: nihil

Durine

Abira stes
tio 7 apus
fima.

Alea
Genatio

Acari

Venatio

Et hec ho
die ars est
deorum au
licorum.

11

12

Causa
causa
nisi voluptatem petat, quam spectandæ necis libidinem. Ipse etiam bestiis aut ab animi crudelis affectu censent exoriri, aut in crudelitatem denique, assiduo tam efferae voluptatis vultu defluere. Hæc igitur & quicquid est eiusmodi (sunt enim innumera) quæ pro voluptatibus mortalium vulgè habeant, illi tamen quum natura nihil insit suave, plane statuunt cum vera voluptate nihil habere commercii. Nam quod vulgo sensum iucunditate perfundunt (quod voluptatis opus videtur) nihil de sententia decedunt, non enim ipsius rei natura, sed ipsorum peruersa consuetudo in causa est, cuius vitio fit, ut amara pro dulcibus amplectantur. Non aliter ac mulieres grauidæ picem & seuum, corrupto gustu, melle melitius arbitrantur. Nec cuiusquam tamè aut morbo aut consuetudine deprauatum iudicium, mutare naturam, ut non aliarum rerum, ita nec voluptatis potest.

Lista in grauidis

Terre voluptatis species.

Voluptas in corpore.

Quædam
causa
Voluptatum quas veras fatentur, species diuersas faciunt. Siquidem alias animo, corpori alias tribuunt. Animo dant intellectum, eamque dulcedinem quam veri contemplatio pepererit, ad hæc suavis additur bene actæ vitæ memoria, & spes non dubia futuri boni. Corporis voluptatem in duas partiuntur formas: quarum prima sit ea: quæ sensum perspicua iuuauitate perfundit: quod alias earum instauratione partiam fit: quas inuitus nobis calor exhaustit. Nam hæc cibo potuque redduntur: alias dum egerruntur illa: quorum copia corpus exuberat, hæc suggeritur: dum excrementis intestina purgamus: aut opera liberis datur: aut vilius prurigo partis frictu scalptiue lenitur. Interdum vero voluptas oritur nec redditura quicquam quod membra nostra desiderant: nec ademptura quo laboret: cæterum quæ sensus nostros trivi quadam occulta sed illustri motu titillet afficiatque & in se conuertat: qualis ex musica nascitur. Alteram corporis voluptatis formam: eam volunt esse: quæ in quieto atque æquabili corporis statu consistat. id est nimirum sua cuiusque nullo interpellata malo sanitas hæc siquidem: si nihil eam doloris oppugnet: per se ipsa delectat: etiam si nulla extrinsecus

adhibita voluptate moueat. Quam enim sese minus effert, minus offert sensui, tumida illa edendi bibendique libido, nihil tamen secus multi eam statuunt voluptatum maximam: Omnes fere utopienses magnam & velut fundamentum omnium ac basim fatentur, ut quæ vel sola placidam & optabilem vitæ conditionem reddat, & qua sublata, nullus vult reliquus sit cuius voluptati locus. Nam dolore prorsus vacare nisi adsit sanitas, stuporem certe non voluptatem vocant.

Iamdudum explosum est apud eos decretum illorum, qui stabilem & tranquillam sanitatem (nam hæc quoque questio gnauiter apud eos agitata est) ad non habendam pro voluptate censebant, quod præsentem non possederent, nisi motu quopiam extraneo sententi. Verum contra runc in hoc prope vniuersi conspirant, sanitatem vel in primis voluptati esse. Et enim quum in morbo (inquunt) dolor sit, qui voluptati implacabilis hostis est, non aliter, ac sanitati morbo, quid nisi vicissim insit sanitatis tranquillitati voluptas: nihil enim ad hanc rem referre putant, seu morbus dolor esse, seu morbo dolor inesse dicatur, tantundem enim utroque modo effici. Quippe si sanitas aut voluptas ipsa sit, aut necessaria voluptatem pariat, velut calor igni gignitur, nimirum utrobique efficitur, ut quibus immota sanitas adest, his voluptas abesse non possit. Præterea dum vestimur (inquunt) quid aliud quam sanitas quæ labefactari coeperat, aduersus esurientem (cibo commilitone) depugnat: in qua dum paulatim inualefcit ille ipse profectus ad solitum vigorem, suggerit illam, qua sic reficimur voluptatem. Sanitas ergo quæ in conflictu letatur, eadem non gaudebit adempta victoriam. Sed pristinum robur quod solum toto conflictu petiuerat tandem felicitate affecuta, protinus obstupescet: nec bona sua cognoscat atque amplexabitur. Nam quod non sentiri sanitas dicta est, id vero perquam procul a vero putant. Quis enim vigilans, inquit, sanum esse se non sentit, nisi qui non est: quem tunc tantus aut stupor aut lethargus adstringit, ut sanitatem non iucundam sibi fateatur ac delectabilem: at de

Salutem possessor oportet.

dogma

Sanitas in corpore

Voluptas
nihil

Virtus
Sapientia

Sapientia

Opus

U
a

Forma
Virtus
Sapientia
Opus

lectatio quid aliud q̄ alio nomine voluptas est! Amplectun-
 tur ergo i primis animi voluptates, eas enim primas omni-
 um principesq̄ ducunt, quarum potissimam partem cen-
 sent ab exercitio virtutum, bonæq̄ vitæ conscientia profe-
 cisci. Earum voluptatum quas corpus suggerit, palmam sa-
 nitati deferunt. Nam edendi, bibendiq̄ suauitatem & quic-
 quid eandem oblectamenti rationem habet, appetenda quæ-
 dem, sed non nisi sanitatis gratia statuunt. Neq̄ enim per se
 iucunda esse talia, sed quatenus aduersæ valitudini elancus-
 lum surreptenti resistunt. ideoq̄ sapienti, sicuti magis depre-
 candos morbos, q̄ optandam medicinam, & dolores proflig-
 andos potius, q̄ ad seiscenda solatia, ita hoc quoq̄ volupta-
 tis genere non egere q̄ delintri prestiterit, quo voluptatis ge-
 nere si quisq̄ se beatū putet, is necesse est fateat, se tū demum
 fore felicissimū, si ea vita contigerit, quæ in perpetua fame,
 siti, pruritu, esu, potatione, scalptu, frictuq̄ traducatur: quæ
 q̄ non foeda solum, sed misera etiam sit, quis non videt! infi-
 mæ profecto omnium hæc voluptates sunt, vt minime syn-
 ceræ, neq̄ enim vnq̄ subeunt, nisi contrariis coniunctæ do-
 loribus. Nempe cum edendi voluptate copulatur esuries,
 idq̄ non latis æqua lege. Nam vt vehementior, ita longior
 quoq̄ dolor est. quippe & ante voluptatem nascitur, & nisi
 si voluptate vna commoriente, non extinguitur. Huiusmo-
 di ergo voluptates, nisi quatenus expetit necessitas, haud
 magni habendas putant. Gaudent tamen etiam his gratiq̄
 agnoscunt: naturæ parentis indulgentiam, quæ foetus sus-
 os ad id quod necessitatis causa tam assidue faciundum es-
 rat etiam blandissima suauitate pelliccat. Quanto enim in-
 tædio viuendum erat, si vt cæteræ ægritudines quæ nos in-
 festant rarius, ita hii quoq̄ cotidiani famis ac sitis morbi, ve-
 nenis ac pharmanis amaris essent abigendi! At formam, vi-
 res, agilitatem, hæc vt propria, iucundaq̄ naturæ dona li-
 benter fouent. Quin eas quoq̄ voluptates, quæ per aures,
 oculos, ac nares admittuntur, quas natura proprias ac pecu-
 liares esse homini voluit, neq̄ enim aliud animantium ges-

nus, aut mundi formam pulchritudinemq̄ suspicit, aut o-
 dorum: nisi ad cibi discrimen: vlla commouetur gratia: ne-
 que consonas inter se discordesq̄ sonorum distantias in-
 noscit, & has inquam vt iucunda quædam vitæ condimen-
 ta persequuntur. In omnibus autem hunc habent modum
 ne maiorem minor impediatur: neu dolorem aliquando vo-
 luptas pariat: quod necessario sequi censent: si inhonesta sit.
 At certe formæ dec̄ contemnere: vires deterere: agilitatem
 In pigriciam vertere: corpus exhaurire ieiuniis, sanitati in-
 luriam facere: & cætera naturæ blandimenta respuere: nisi
 quis hæc sua commoda negligat: dum aliorum publicam
 ue ardentius procurat: cuius laboris vice maiorem a deo vo-
 luptatem expectet: alioquin ob inanem virtutis vmbra nul-
 lius bono: semet affligere: vel quo aduersa ferre minus mo-
 leste possit: nunq̄ fortasse ventura. hoc vero puiani esse de-
 mentissimum: animiq̄ & in se crudelis: & erga naturam in-
 gratissimū: cui tanq̄ debere quicq̄ dedignetur: omnibus eius
 beneficiis renunciat.

Hæc est eorum de virtute ac voluptate sententia: qua nisi
 sanctius aliquid inspiret homini: cœlestis immissa religio: nul-
 lam inuestigari credunt humana ratione veriolem: qua in-
 re recte ne an secus sentiant: excutere nos: neq̄ tempus pati-
 tur: neq̄ necesse est. quippe qui narranda eorum instituta,
 nō etiā tuenda suscepimus. Cæterū hoc mihi certe psuadeo
 vt vt sese habeant hæc decreta: nusq̄ neq̄ præstantiorē po-
 pulum neq̄ feliciorē esse rempublicam. Corpore sunt a-
 gili vegetoq̄: virium amplius q̄ itatura promittat. nec ea ta-
 men Improcera: & quum neq̄ solo sint vlcq̄ quaq̄ fertili: nec
 admodum salubri cœlo: aduersus aerem ita se temperan-
 tia victus muniunt: terræ sic medentur Industria: vt nusq̄
 gentiū sit frugis pecorisq̄ puentus vbertior: aut hominum
 viuaciora corpora: paucioribq̄ morbis obnoxia. Itaq̄ no-
 ea mō quæ vulgo faciūt agricolæ: diligent ibi administrata

Simp

Annotan-
dum & hoc
diligenter

Conyama
Sapientia

Felicitas
et opiens
sum ac
descriptio

Ucau

111
F. J. J. J.
V. J. J. J.

conspicias: vt terram natura maligniorem, arte atq; opera
iuuent: sed populi manibus alibi radicitus euulsam lyluā,
alibi conſitam videas: qua ī re habita eſt non vberatis: ſed
vectorae ratio: vt eſſent ligna: aut mari: aut ſtuumis: aut vrbi
bus iſtis viciniora, minore enim cum labore terrellri itine
re, fruges q̄ ligna longius afferunt. Gens facilis ac faceta:
ſollers: ocio gaudens, corporis laborum, quum eſt vſus: ſa-
tis patiens. Cæterum alias haud q̄ ſane appetēs: animi ſtu-
diu infatigata. Qui quum a nobis accepſſent de literis &
diſciplina græcorum (Nam in latinis præter hiſtorias ac
poetas nihil erat quod videbatur magnopere probaturi)
mirum quanto ſtudio contenderunt, vt eas liceret iſtis: no-
ſtra interpretatione perdiſcere Cœpimus ergo legere: ma-
gis adeo primum, ne recuſare laborem videremur, q̄ q̄ fru-
ctum eius aliquem ſperaremus. At vbi paulum proceſſim⁹
ipſorum diligentia fecit: vt noſtram haud fruſtra impendē-
dan animo ſtatim præcipereamus. Siquidem literarum for-
mas, tam facile imitari: verba tam expedite pronunciare: tā
celeriter mandare, memoriae: & tanta cum tude reddere cœ-
perūt: vt nobis miraculi eſſet loco, niſi quod plæra q̄ pars
eorum, qui non ſua ſolum ſponte accenſi, verum ſenatus
quoq; decreto iuſſi: iſta ſibi diſcenda ſumpſerunt: E nume-
ro ſcholaſticorum, ſelectiſſimis ingenii & matura ætate ſu-
erunt. Itaq; minus q̄ triennio nihil erat in lingua quod req̄-
rerent bonos authores, niſi obſtet libri menda, inoffenſe p̄-
legerent. Eas literas vt equidem conſicio ob id quo facilius
arripuerunt, quod nonnihil illis eſſent cognate. Suſpicor
enim eam gentem a græcis originem duxiſſe: propterea qd̄
ſermo illoꝝ cætera ſere perſicus, non nulli græci ſermonis
veſtigia ſeruet in vrbiū ac magiſtratum vocabulis. Ha-
bet ex me, (Nam librorum ſarcinam mediocrem loco mer-
cium quarto nauigaturus in nauem conieci quod mecum
plane decreuera nunḡ potius redire q̄ cito) Platonis opera
pleraq; Ariſtotelis plura: Theophrāſtū item de plantis, ſed
pluribus quod doleo in locis mutilum. In librum enim dū

Utilitas
lingue græ-
cc.

Docilitas
Vtopien-
ſium mira

Et nunc
ſtupes et
cauſas
dicantur li-
teris: ſell-
ciſſima in-
genia vo-
luptatibus
corruptu-
tur.

nauigabamus negligentius habitum: cercopithecus incide-
rat: qui laſciuiens ac ludibundus, paginas aliquot hinc atq;
inde euulſas lacerauit. Ex hiis qui ſcribere grammaticam,
Laſcarem habent tantum, Theodorum enim non aduexi
mecum, nec diſtionarium aliquem præter Heſychium, ac
Dioſcoridē: Plutarchi libellos habent chariſſimos & Luci
ant̄ quoq; facetiis ac lepore capiuntur. ex poetis habent Ari-
ſtophanem Homerū atq; Euripidem: tum Sophoclem mi-
nuſculis Aldi formulis, ex hiſtoricis Thucydidē atq; Hero-
dotum: necnon Herodianum. Quin in re medica quoq; ſo-
dalis meus Tricius Apinatus aduexerat ſecum parua quæ-
dam Hippocratis opuſcula, ac Microtechnen Galeni, quos
libros magno ī precio habent: ſiquidem & ſi omnium ſere
gentium re medica minime egent, nulq; tamen in maiore ho-
nore eſt, vel eo ipſo quod eſus cognitionem numerat inter
pulcherrimas atq; vtiliſſimas partes philoſophiæ: cui⁹ ope
philoſophiæ dum naturæ ſecreta ſcrutantur, videntur tibi
non ſolum admirabilem inde voluptatem percipere: ſed a-
pud authorem quoq; eius, atq; opificem ſummam inire gra-
tiam: Quæ cæterorum more artificum arbitrantur: mun-
di huius viſendam machinam homini (quem ſolum tantæ
rei capace fecit) expoſuiſſe ſpectandam: eoq; chariorem
habere: curioſum ac ſollicitum iſpectorem, operiſq; ſui ad-
miratorem: q̄ eum qui velut animal expers metis: tantum
ac tam mirabile ſpectaculum, ſtupidus immotusq; neglexe-
rit. Vtopienſium itaq; exercitata literis ingenia mire valde
ad inuentiones artium, quæ faciunt aliquid ad commodæ
vitæ compendia. Sed duas tamen debent nobis Chalcogra-
phorū & faciendæ chartæ, nec ſolis tñ nobis ſed ſibi quoq;
bonam eius partem Nam quū oſtenderemus eis libris char-
taceis impreſſas ab Aldo literas, & de chartæ faciendæ ma-
teria ac literas imprimendi facultate loqueremur: aliqd̄ ma-
gis q̄ explicaremus (neq; enim quiſq; erat noſtrum qui alte-
rutram calleret) ipſi ſtatim acutiſſime coniecerunt rem: &
quum ante pellibus corticibus ac papyro tantum ſcriberet

Utopienſium
utilitas
lingue græ-
cc.

Docilitas
Vtopien-
ſium mira

Contem-
platio na-
ture.

Utopienſium
utilitas
lingue græ-
cc.

Docilitas
Vtopien-
ſium mira

iam chartam ilico facere, & literas imprimere tentarunt: quæ
quum primo non satis procederent, eadem sæpius experiē
do, breui sunt vtrunq; consecuti: tantumq; effecerunt, vt si
essent græcorum exemplaria librorum: codices deesse non
possent. At nunc nihil habent amplius q̄ a me commemo
ratum est, id vero quod habent impressis iam libris in mul
ta exemplariorum millia propagauere. Quisquis eo spe
ctandi gratia venerit, quem insignis aliqua dos ingenii aut
longa peregrinatione vsus: multarum cognitio terrarum
commēdet (quo nomine gratus fuit noster appulsus) pro
nis animis excipitur. Quippe libenter audiunt, quid vbiq;
terrarum geratur. Cæterum mercandi gratia non admo
dum frequenter appellitur. Quid enim ferrent: nisi aut fer
rum: aut quod quisq; referre mallet, aurum argentumue?
Tum quæ ex ipsis exportanda sint, ea consultius putant
ab se efferi q̄ ab aliis illinc peti: quo & exteras vndiq; gen
tes exploratiores habeant, neq; maritimarum rerum vium
ac peritiam oblitum eant.

De seruis.

*Adira hu
ius gentis
equitas.*

Pro seruis neq; bello captos habent nisi ab ipsis gesto, neq;
seruorum filios: neq; deniq; quem apud alias getes
seruientem possent comparare, sed aut si cuius apud se fla
gitium in seruicium vertitur, aut quos apud exteras vrbes
(quod genus multo frequentius est) admissum facinus de
stinavit supplicio. eorum enim multos, interdum æstima
tos vili, sæpius etiam gratis impetratos: auferunt. Hæc ser
uorum genera non in opere solum perpetuo: verumetiam
in vinculis habent: sed tuos durius quos eo deploratiores,
ac deteriora meritis exempla censent: q; tam præclara edu
catione ad virtutem egregie instructi: contineri tamen ab
scelere non potuerint. Aliud seruorum genus est: quum al
terius populi medastinus quispiam laborioius ac pauper
elegerit apud eos sua sponte seruire, hos honeste tractant ac
nisi quod laboris: vt pote consuetis, imponitur plusculum
non multo minus elementer ac ciues habent: volentem dis

cedere (quod non sæpe fit) neq; retinent Inultum, neq; Ina
nem dimittunt. Egrotantes: vt dixi, magno cum adfectu
curant, nihilq; prius omittunt quo sanitati eos: vel me
dicinæ vel victus obseruatione, restituant. Quin in sanabi
li morbo laborantes assidendo, colloquendo, adhibendo
demum quæ possunt leuamenta solantur. Cæterum si nō
inmedicabilis modo morbus sit, verumetiam perptuo ve
xet atq; discuriet: tum sacerdotēs ac magistratus hortan
tur hominem, quanquidem omnibus vitæ muniis impar
aliis molestus ac sibi grauis morti tam suæ superuiuat, ne
secum statuat pestem diutius ac luem alere, neue quum tor
mentum ei vita sit, mori dubitet, quin bona spe fretus acer
ba illa vita velut carcere atq; aculeo vel ipse semet extimat:
vel ab aliis eripi se sua voluntate patiatur: hoc illum quum
non commoda, sed supplicium abrupturus morte sit pru
denter facturum, quoniam vero sacerdotum in ea recons
siliis id est interpretum dei sit obsecurus, etiam pie san
cteq; facturum. Hæc quibus persuaferint: aut inedia spon
te vitam finiunt, aut sopiti sine mortis sensu soluantur. In
uitum vero meminem tollunt nec officij erga eum quicq;
Imminuūt persuasos hoc pacto defungi honorificum. Ali
o qui qui mortem sibi consciuerit causa non probata sacer
dotibus & senatui: hunc neq; terra neq; igne dignantur:
sed in paludem aliquam turpiter insepultus abiicitur.
Fœmina non ante annum duodeuicesimum nubit. Mas
non nisi expletis quatuor etiam amplius. Ante coniugiū
mas aut fœmina si conuincatur furtiua: libidinis, grauitur
in eum eamue animaduertitur: coniugioq; illis in totum
interdicitur nisi venia præcipisnoxam remiserit, sed & pa
ter & materq; familias cuius in domo admissum flagicium
est: tanq; suas partes parum diligenter turat, magnæ obias
cent infamiæ: id facinus ideo tam seuerè vindicant, q; futu
rū prospiciūt vt rari in conjugale amorem eo, l. scer. ut in
quo ætate omnem cū vno videant exigendā: & pferendas i

De e grog

*libos
pontana*

Baridij

*De coniug
648.*

*fami rari
m
m*

*11
11
11
11*

super quas ea res affert molestias nisi a vago concubitu dili-
genter arceantur. Porro in deligendis coniugibus ineptissi-
mum ritum (vti nobis visum est) adprimeq; ridiculum, illi
serio ac seuerè obseruant. Mulierem enim seu virgo seu vir-
dua sit, grauis & honesta matrona proco nudam exhibet ac
probus aliquis vir vicissim nudum puellæ procum sistit.
Hunc morem quum velut ineptum ridentes improbare-
mus, illi contra cæterarum omnium gentium inlignem de-
mirari stulticiam, qui quum in equuleo comparado, vbi de
paucis agitur nummis, tam cauti sint, vt quis fere nudum ni-
si detracta sella tamè, omnib; reuulsis ephippiis reculent
emere, ne sub illis operculis hulus aliquod delitesceret, in-
deligeda coniuge, qua ex re aut voluptas, aut nausea sit to-
tam p vitã comitatura, tam negligèter agant, vt reliquo cor-
pore vestibus obuoluto, totam mulierem vix ab vnus pal-
mæ spatio nihil enim præter vultum visitur) estimant ad-
iungantq; sibi non absq; magno (si quid offendat postea)
male coherendi periculo. Nam neq; omnes tam sapientes sè-
vt solos mores respiciant, & in ipsorum quoq; sapientum
coniugis, ad animi virtutes non nihil additamenti corpo-
ris etiam dotes adiiciunt, certe tam fœda deformitas, latere
sub illis potest inuolucris vt alienare prorsus animum ab vx-
ore queat, quum corpore iam seiungi nō liceat: Qualis des-
formitas si quo casu contingat post contractas nuptias, suã
quicq; sortem necesse est ferat, ante vero ne quis capiatur in-
sidiis, legib; cauert debet, idq; tâto maiore studio suis, quod
& soli illarum orbis plagarum singulis sunt contenti con-
iugibus: & matrimonium ibi haud sæpe aliter q; morte so-
luitur: nisi adukterium: in causa fuerit: aut morum non fe-
renda molestia. Neq; alterutri sic offensa facta ab senatu
coniugis mutandi venta: alter infamem simul ac celebem
perpetuo vitam ducit. Alioquin inuitam coniugem cuius
nulla sit noxa repudiare quod corporis obtigerit calamitas
id vero nullo pacto ferunt: nam & crudele iudicant tū
quenq; deserit: cum maxime eget solatio: & senectuti: quum

Et si pa-
rum vere-
cunde hab-
tamen in-
caus.

Diuortiu.

& morbos afferat & morbus ipsa sit: Incertam atq; infirmã
fidem fore. Cæterum accidit interdum vt quum non satis
inter se coniugum conueniant mores repertis vtriq; aliis
quibus cum sperent se suauius esse victuros, amborum spõ-
te separati: noua matrimonia contrahant, haud absq; sena-
tus autoritate tamen, qui nisi causa per se atq; vxores suas
diligenter cognita: diuortia non admittit. Imo ne sic qui-
dem facile, quod rem minime vtilè sciunt firmandæ coniu-
gum charitati, facilem nouarum nuptiarum spem esse pro-
positam. Temeratores cõiugii grauißima seruitute plectũ-
tur & si neuter erat cælebs, iniuriam passi (velint modo) re-
pudiatis adulteris: coniugio inter se ipsi iunguntur, alioq;
quibus videbitur. At si lesorum alteruter erga tam male me-
rentem coniugem: in amore persistat: tamen vt coniugii le-
ge non prohibetur si velt in opera damnarum sequi: acci-
ditq; interdum vt alterius pœnitentia alterius officiosa sæ-
dulitas miserationem commouens picipi, libertatem rur-
sus impetret. Cæterum ad scelus iam relapsoneq; infligit
Cæteris facinoribus nullam certam pœnam lex vlla presti-
tuit: sed vt quodq; atrocius: aut contra visum est: ita suppli-
cium senatus decreuit. Vxores mariti castigant & parentes
liberos: nisi quid tam ingens admiserint: vt id publicæ pu-
niri: morum intersit: sed fere grauißima quæq; scelera ser-
uitutis incommodo puniuntur, id si quidem & sceleratis nō
minus triste: & rei publicæ magis commodum arbitratur
q; si mactare noxios & protinus amoliri festinent. Nam &
labore q; nece magis profunt, & exemplo diutius alios ab-
simili flagitio deterrent, qd si sic habiti rebellect atq; recal-
citrent, tum demum velut indomitæ belluæ quos coherce-
re carcer & cathena non potest, trucidantur. At patientib;
non adimitur omnis omnino spes: quippe longis domiti
malis si eam pœnitentiam præ se ferant, quæ peccatum ter-
stetur magis eis displicere q; pœnam, principis interdum p-
rogatiua: interdum suffragiis populi, aut mitigatur seruis-
tus aut remittitur. Sollicitasse ad stuprum nihilo minus q;

Demosthenes

quodlibet

quodlibet

animatio
o supplicii
penes ma-
gistratum

Demosthenes

Sto pti
solicitati
pena

Quædam pœna
quodlibet

Voluptas
quodlibet
pena

stuprasse periculi est. In omni siquidem flagitio certum des-
tina tunc conatum æquant factio. neq; eni id quod defuit
ei putant prodesse debere: per quem non stetit: quo minus
nihil defuerit. Moriones in delictis habentur, quos vt affe-
cisse contumelia magno in probro est, ita voluptate ab stul-
ticia capere non verant. Siquidem id morionibus ipsis mas-
ximo esse bono censent, cuius qui tam ieuens ac tristis est vt
nullum neq; factum neq; dictum rideat ei tutandum nō cre-
dunt, veriti ne non satis indulgenter curetur ab eo, cui non
modo nulli vsui, sed ne oblectamento quidem qua sola do-
te valet, futurus esset.

Voluptas
et morionibus

Fama

Irridere deformem aut mutilum, turpe ac deforme nō ei: q
ridetur: habetur, sed irrisori qui cuiq; quod in eius potestate
non erat vt fugeret, id vici loco stulte exprobrat. Vt enim
formam naturalem non tueri segniter atq; inertiter ducunt, sic
adlumentum ab fucis querere infamis apud illos insolentia
est. Vt enim ipso sentiunt, q non vllum formæ decus vxor
res æque ac morum probitas & reuerentia commendat ma-
ritis. Nam vt forma nonnulli sola capiuntur, ita nemo nisi

Fucata
forma.

Et premi-
is inuian-
di ciues
ad officiu

virtute atq; obsequio retinetur. Non pœnis tantum deter-
rent a flagitiis, sed propositis quoq; honoribus ad virtutes
inuitant, ideoq; statuas viris insignibus & de republica pre-
clare meritis in foro collocant, in rerum bene gestarum me-
moriæ: simul vt ipsorum potestis maiorum suorum glo-
ria calcar & incitamentum ad virtutem sit. Qui magistratū
vllum ambierit/exspes omnium redditur. Conuiuunt ama-
biliter. quippe nec magistratus vllus insolens: aut terribilis
est: patres appellatur: & exhibent. iisdem defertur: vt debet:
ab volentibus honor: nō ab inuitis exigitur. Ne principem
quidem ipsum: vestis aut diadema: sed gestatus frumeti ma-
nipulus discernit: vt pontificis insignes est prelatu cercus.

Leges
paucæ.

Leges habet perq; paucas. sufficiunt enim sic institutis pau-
cissimæ. Quin hoc in primis apud alios improbant popu-
los: quod legum interpretumq; volumina, non infinita sus-

ficiunt. Ipsi vero censent iniquissimum: vltos homines hīs
obligari legibus: quæ aut numerosiores sint: q vt perlegi q/
ant: aut obscuriores q vt a quouis pollint intelligi: porro
causidicos: qui causas tractant callide: ac leges vltre dispu-
tant: prorsus omnes excludunt. censent enim ex vsu esse: vt
sua quicq; causam agat: eademq; referat iudici: quæ narra-
turus patrono fuerat. Sic & minus ambagum fore & facili-
us elici veritatem. dum eo dicente: quem nullus patronus
fucum docuit: iudex sollerter expedit singula: & cōtra ver-
sutorum calumnias simplicioribus ingenis opitulat. hæc
apud alias gentes: in tãto perplexissimarum aceruo legum
difficile est obseruari. Cæterum apud eos vnusquisq; est le-
gis peritus. Nam & sunt vt dixi paucissimæ: & interpre-
tationum præterea vt quæq; est maxime crassa: ita maxime
æquam censent. Nempe quum omnes leges (inquit) ea
tantum causa promulgentur: vt ab his qui sui commo-
nesiat officii: subtilior interpretatio paucissimos admonet
(pauci enim sunt qui assequantur) quum interim simplici-
or ac magis obuius legum sensus: omnibus in aperto sit: ali-
oquin quod ad vulgus attinet: cuius & maximus est nume-
rus & maxime eget admonitu: quid referat vtrum legē om-
nino non condas: an conditam in talem interpreteris sen-
tentiam: quam nisi magno ingenio & longa disputatiōe ne-
mo possit eruere: ad quam inuestigandam neq; crassum vul-
gi iudicium queat attingere: neq; vita in comparãdo victis
occupata sufficere. Hiis eorum virtutibus incitati finitimis:
qui quidem liberi sunt & suæ sponis (Multos enim ipsi iã
olim tyrannide liberauerunt) magistratus sibi: ab illis alii
quotannis: alii in lustrum impetrant: quos defunctos impe-
rio: cum honore ac laude reducunt: nouos tecum rursus in
patriam reuehūt. Atq; hi quidem populi optime profecto
ac saluberræ rei publicæ suæ consulunt: cuius & salus & per-
niciēs: quã a moribus magistratuum pendeat: quos nam
potuissent elegisse prudenti: q q neq; illo precio queant ab
honesto deduci (vt pote quod breui sit remigraturis inutile)

Advocato
rum inu-
lio turba

¶ Boni magistratus

De magistratibus
atque legibus

ignoti ciuibus, aut prauo culuſq; studio aut ſimultate ſlecti
quæ duo mala, affectus atq; auariciæ, ſicubi incubuere iudi
ciis, illico iuſticiam omnem, fortiffimum reipublicæ ner
uum: diſſoluunt. Hos Vtopiani populos, quibus qui impe
rent ab iſtis petuntur, appellant ſocios, cæteros quos bene
ficiis auxerunt amicos vocant.

De federi
bus.

Fœdera quæ reliquæ inter ſe gentes toties ineunt: frangunt
ac renouant, iſi nulla cum gente ferunt. Quorſum enim
fœdus inquit: quaſi non hominem homini ſatis natura
conciat: quam, qui contempſerit, hunc verba ſcilicet putes
curaturum. In hanc ſententiam eo vel maxime trahuntur,
quod in illis terrarum plagis, fœdera pactaq; principum ſo
lent parum bona fide ſeruari. Etenim in Europa idq; his po
tiſſimū partibus quas Chriſti fides & religio poſſidet, ſan
cta eſt & inuiolabilis vbiq; maietas fœderum, partim ipſa
iuſticia & bonitate principum, partim ſummorum reuerē
tia metuq; pontificum qui vt nihil in ſe recipiunt iſi: quod
non religioſiſſime preſtant, ita cæteros omnes principes iu
bent, vt pollicitis omnibus modis immoretur, tergiuer ſan
tes vero paſtorali cenſura & ſeueritate compellunt. Merito
ſane cenſent turpiſſimam rem videri ſi illorum fœderibus
abſit fides: q; peculiari nomine fideles appellantur. At i illo
nouo orbe terrarum, quem circulus equator vix tam lon
ge ab hoc noſtro orbe ſemouet: q; vita moreſq; diſſidēt: fœ
derum nulla fiducia eſt: quorū vt quodq; plurimis ac ſan
ctiſſimis ceremoniis innodatum fuerit: ita citiſſime ſoluit
inuenta facile in verbis calumnia, quæ ſic interim de indu
ſtria dictant callide: vt nunq; tam firmis adſtringi vinculis
queant: quin elabantur aliqua, fœdusq; & fidem pariter elu
dant. Quam vaſtriciem, imo quam fraudem dolumq; ſi pri
uatorum deprehenderent interueniſſe contractu: magno
ſupercilio rem ſacrilegam: & furca dignam clamitarent: hi
nimirum iſi: qui etuſ conſilii principibus dati: ſemet gl
riantur Authores. Quo ſit vt iuſticia tota videatur aut nō
niſi plebea, virtus & humilis, quæq; longo interuallo ſub

ſidat iſra regale ſaſtigitum: aut vt ſaltem duæ ſint quarum
alteram vulgus deceat, pedeſtris & humirepa: neue vſq; ſep
ta traſilire queat, multis vndiq; reſtricta vinculis, altera pri
cipum virtus, quæ ſicuti ſi q; illa popularis augetior: ſic
eſt etiam lōgo interuallo liberior, vt cui non liceat niſi qd
non libeat. Hos mores vt dixi principum: illic fœdera tam
male ſeruantium puto in cauſa eſſe: ne vlla ſeriant Vtopi
enſes: mutaturi fortatte ſententiam ſi hic viuerent. Quanq;
illis videtur vt optime ſeruentur: male tamen inoleuiſſe fœ
deris omnino ſancienti coſuetudinem qua ſit, vt (perinde
ac ſi populum populo: quos exiguo ſpacio, collis tantum
aut riuus diſcriminat: nulla naturæ ſocietas copularet) ho
ſtes atq; inimicos inuicem ſeſe natos putent, meritoq; i mu
tuam graſſari perniciem: niſi fœdera prohibeant: quin hiis
iſi quoq; in itis nō auiciam coaleſcere: ſed manere præ
dandi licentiam, quatenus per imprudentiam dictandi fœ
deris, nihil quod prohibeat ſatis caute comprehenſum in
pactis eſt. At illi contra cenſent neminem pro inimico ha
bendum, a quo nihil iniuriæ profectum eſt. Naturæ con
ſortium: fœderis vice eſſe: & ſatius valentiuſq; homines in
uicem beneuolentia q; pactis, animo q; verbis connecti.

De re militari.

Bellum vtpote rem plane belluinam, nec vlli tamen bellua
rum formæ in tam aſſiduo, atq; homini eſt vſu: ſummope
re abominantur, contraq; morem gentium ferme omniu
nihil æquæ ducunt in glorium: atq; petitam e bello glori
am: eoq; licet aſſidue militari ſeſe diſciplina exerceant neq;
id viri modo: ſed fœminæ quoq; ſtatis diebus: ne ad bel
lum ſint: quum exigat vſus: inhabiles: non temere capes
ſunt tamen, niſi quo aut ſuos fines tueantur, aut amicorum
terrīs: intuos hoſtes propullent, aut populum quempiam
tyrannide preſſum, miſerati: (quod humanitatis gratia fa
ciunt) ſuis viribus tyranni iugo, & ſeruitute: liberent ſq;
auxilium gratificantur amicis non ſemper quidem: quō
ſe defendant: ſed interdum quoq; illatas retaliant atq; vlcis

De bello

cantur iniurias. verum id ita demum faciunt: si re adhuc in
tegra consulantur ipsi & probata causa/repetitis ac non red
ditis rebus belli auctores inferendi sint, quod non tunc so
lum decernunt: quoties hostili incurfu abacta est praeda: ve
rum tum quoque multo infestius, quum eorum negociato
res vlg gentium, vel iniquarum pretextu legum, vel sinistra
derivatione bonarum, iniustam subeunt: iusticiae colore,
calumniam. Nec alta fuit eius origo belli, quod pro Neph
logetis aduersus Alaopolitas: paulo ante nostram memo
riam, Vtopientes gessere, q̄ apud Alaopolitas Nepheloge
tarum mercatoribus illata praetextu iuris (vt visum est ip
sis) iniuria certe, siue illud ius sine ea iniuria fuit, bello tam
atroci est vindicata, quum ad proprias vtriusq; partis vires
odiaq; circuniectarum etiam gentium studia atq; opes ad
iungerentur, vt florentissimis populorum aliis concussis,
aliis vehementer afflictis, orientia ex malis mala: Alaopo
litarum seruitus demum ac deditio finierit, qua in Neph
logetarum (neq; enim sibi certabant Vtopientes) potestas
tem concessere: gentis florentibus Alaopolitarum rebus:
haud quaquam illis conferendae. Tam acriter Vtopientes
amicorum, etiam in pecuniis: iniuriam persequuntur, suas
ipsorum: non item, qui sicubi circumscripti bonis excidant,
modo corporibus ablit vis haecenus irascuntur: vti quoad
satisfactio fiat, eius commercio gentis abstineant. Non qd̄
minoris sibi curae ciues q̄ socii sint, sed horum tamen pecu
niam intercipi: acrius q̄ luam ferunt. Propterea quod ami
corum negociatores: qm̄ de suo perdunt priuato, graue
vulnus ex iactura sentiunt. At ipsorum ciuibus nihil ni si
de publica perit. praeterea quod abundabat doni ac veluti
supererat: alioquin non emittendum foras: quo fit vt inter
trimentum citra cuiusq; sensum accidat. Quo circa minus
crudele censent id danatum multorum viciet mortibus:
cuius damni incommodum nemo ipsorum: aut vita aut
victu perlentiscat. Caeterum si quis suorum vsq; per inu
riam debilitetur: aut occidat, siue id publico factum consi

-11- f. 128

Exemplum

11. 128
f. 128

a

lio: siue priuato sit, per legatos re comperta: nisi deditis no
xiis placari non possunt: quin ilico bellum denunciant.

Noxam deditos aut morte aut seruitio puniunt.

Cruentae victoriae non piget modo eos, sed pudet quoque
reputantes iusticiam esse, quolibet preciosas merces nimio
emisse: arte doloq; victos oppressos hostes impendio glo
riantur. Triumphumq; ob eam rem publicitus agunt: & ve
lut re strenue gesta. Trophaeum erigunt: tunc enim demum
viriliter sese iactant: & quum virtute gessisse, quoties ita vi
cerint, quomodo nullum animal praeter hominem potuit
id est ingenii viribus. Nam corporis inquit vrsi, leones,
apri, lupi, canes caeteraq; belluae dimicant: quarum vt plae
raeq; nos robore ac ferocia vincunt, ita cunctae ingenio, &
ratione superantur. Hoc vnum illi in bello spectant, vti id
obtineant, quod si fuissent ante consequuti, bellum non fue
rant illaturi, aut si id res vetet: tam seueram ab his vindictam
expetunt, quibus factum imputant, vt idem ausuros in po
sterum terror absterreat. Hos propositi sui scopos destinant,
quos mature perunt: at ita tamen: vt prior vitandi periculi cu
ra: q̄ laudis aut famae consequendae sit. Itaque protinus in di
cto bello: schedulas ipsorum publico signo roboratas: lo
cis maxime conspicuis: hosticae terrae: clama vno tempore
multas appendi procurant: quibus ingenia pollicetur pre
mia: si quis principem aduersarium sustulerit, deinde mi
nora q̄ illa quoque egregia decernunt: pro singulis eorum
captibus: quorum nomina in iisdem literis proscribunt:
hii sunt quos secundum principem ipsum: auctores in i
aduersus se consilii ducunt. Quicquid percussori praefini
unt, hoc geminant ei: qui viuum e proscripitis aliquem ad
se perduxerint, qui ipsos quoque proscriptos: premiis iisdem,
addita etiam impunitate, contra socios iuitat. Itaque fit celerit, vt
& caeteros mortales suspectos habeat: & sibi iuicē ipsi, neq;
fideles satis, neq; fidi sint, maximoque in metu & non minore
periculo versentur. Nam saepenumero constat euenisse, vti bo
na pars eorum & princeps in primis ipse ab his proderetur,

Magno
impra vio
ctoria.

Plutarchus
Roman

Vastum
longum
parum

11
128

11
128

Carminum
f. 128

In quibus maximam spem reposuerunt. Tam facile quod-
uis i facinus impellunt munera, quibus illi nullum exhibet
modum. Sed memores in quantum discrimen hortantur, o-
peram dant, uti periculi magnitudo beneficiorum mole cō-
pēsentur. eoq; non immensam mō auri vim, sed predia quo-
q; magni reditus in locis apud amicos tutissimis, propria
ac perpetua polliceantur, & summa cum fide prestant. Hūc
licitandi mercandiq; hostis morem, apud alios improbatū,
velut animi degeneris crudele facinus illi magnæ sibi laudi
ducunt, tanq̄ prudentes, qui maximis hoc pacto bellis, sine
villo prorsus prælio defungantur, humaniq; ac misericor-
des etiam, qui paucorum nece noxiorum, numerosas inno-
centium vitas redimant, qui pugnando fuerint occubituri.
Partim e suis, partim ex hostib⁹, quorum turbam vulgusq;
non minus ferme q̄ suos miserantur, gnari non sua sponte
eos bellum capessere, sed principū ad id furis agi. Si res hoc
pacto non procedat, dissidiorum semina iaciūt aluntq; fra-
tre principis, aut aliquo e nobilibus in spem potiundi reg-
ni perducto. Si factiones internæ languerint, finitimas hos-
tibus gentes excitant committuntq; eruto vetusto quo piā
titulo, quales nunq̄ regibus delunt, suas ad bellum opes pol-
liciti, pecuniam affluenter suggerunt. Ciues parcissime, quos
tam vnice habent charos, tantiq; sese mutuo faciunt, ut ne-
minem sint e suis cum aduerso principe libenter commuta-
turi. At aurum argentumq; quoniam vnum hunc in vsum
omne seruant, haud grauatim erogant, ut pote non min⁹ cō-
mode victuri, etiamsi vnuersum impenderent. Quin præ-
ter domesticas diuitias est illis foris quoq; infinitus thesaur-
us, quo plurimæ gentes uti ante dixi in ipsorum are sunt.
Ita milites vndiq; conductos ad bellum mittunt præsertim
ex zapoletis. Hic populus quingentis passuum millibus ab
Vtopia distat orientem solem versus, horridus, agrestis, fe-
rox, sylvas montesq; asperos: quibus sunt innutriti: præfe-
runt. Dura gens: aestus: frigoris: & laboris patiens: delicia-
rum expers omnium: neq; agriculturæ studens: & cum ædi-

11
9
1a

Ita haud
ita dilimi-
lus eluctis

ficiorum tum vestitus indiligens, pecorum duntaxat curā
habet. Magna ex parte venatu & raptu viuunt. Ad solum bel-
lum nati cuius gerendi facultatem studiose querunt, reper-
tam cupide amplectuntur, & magno numero egressi cuius
requirenti milites vili semet offerūt. hāc vnam, vitæ artem
nouerunt, qua mors queritur, sub quibus merent, acriter p-
hiis & incorrupta fide dimicant. Verum in nullum certum
diem sese obstringunt, sed ea lege in partes veniunt, ut poste-
ro die, vel ab hostibus, oblato maiore it pēdio sint itaturi, ti-
dem perendie rursus inuitati pluculo remigrant. R arū ori-
tur bellum, in quo non bona pars illorum in vtroq; sint ex-
ercitu. itaq; accidit quotidie ut sanguinis necessitudine, con-
fucti, qui & iisdem in partibus conducti familiarissime se-
met inuicem vtebatur, paulo post in contrarias distracti co-
pias, hostiliter concurrant. & infestis animis, obliti generis,
immemores amicitia, mutuo sese cōfodiat, nulla alia causa
in mutuum incitati perniciem, q̄ quoda diuersis principib⁹
exigua pecuniola conducti cuius tam exactam habent rati-
onem, ut ad diurnum stipendium vnus accessione affis faci-
le ad commutandas partes impellantur. Ita celeriter imbibe-
runt auariciam, quæ tamen nulli est eis vsui. Nam quæ san-
guine quærunt, protenus per luxum, & cum tamen miserū
consumunt. Hic populus Vtopiensibus aduersus quosuis
mortales militat, quod tanti ab hiis eorum cōducatur ope-
ra, quanti nusq; alibi. Vtopiensis siquidem ut bonos quæ-
runt quibus vrantur, ita hos quoq; homines pessimos quib⁹
aburatur. quos quum vsus postulat, magnis impulsos
pollicitationibus, maximis obiciunt periculis, vnde plæ-
rumq; magna pars nunq̄ ad exigenda promissa reuertitur:
superstitibus, quæ sunt polliciti bona fide, persoluit. quos
ad similes aulūs incendantur. neq; enim pensū quicq; habent
q̄ multos ex eis perdant. rati de genere humano maximam
merituros gratiam se, si tota illa colluue populi tam tetri-
ac nepharii orbem terrarum purgare possent. Secundū hos
corum copiis vtuntur pro quibus arma capiunt, deinde au-

228

Ita haud
ita dilimi-
lus eluctis

Capitulum de rebus

xiliaribus cæterorum amicorum turmis. Postremo suos ci-
ues adiungunt: e quibus aliquem virtutis probatæ virum,
totius exercitus summæ præficiunt. Huic duos ita substitu-
unt vti eo incolumi, ambo priuati sint, capto aut intercepto,
alter e duobus velut hereditate succedat, et ex euentu tertius.
ne (vt sunt bellorum sortes variæ) periclitante duce to-
tus perturbetur exercitus. E quoque ciuitate delectus exerces-
tur ex his, qui sponte nomen profitentur. neque enim inuitus
quisquam foras in militiam truditur, quod persuasum habeant
si quis sit natura timidior, non ipsum modo nihil facturum
strenue, sed metum etiam comitibus incussurum. Cæterum
si quod bellum ingruat in patriam, ignauos huiusmodi, mo-
do valeant corpore, in naues mixtos melioribus collocant:
Aut in mœnibus sparsim disponunt. vnde non sit refugiendi
locus. Ita suorum pudor, hostis in manibus, atque adempta fu-
gæ spes, timorem obruit, & sæpe extrema necessitas in vir-
tutem vertitur. At sicuti ad externum bellum ex ipsis nemo
protrahitur nolens, ita feminas volentes in militiam comi-
tari maritos, adeo non prohibent, vt exhortentur etiam
& laudibus incitent, profectas cum suo quamque vitro, pari-
ter in acie constituunt: tum sui quemque liberi affines cogna-
ti circumstant. vt hi de proximo sint mutuo sibi subsidio
quos maxime ad ferendas inuicem suppetias natura stimu-
lat. In maximo probro est coniunx absque contuge redux: aut
amisso parente reuersus filius. quo fit vti si ad ipsorum ma-
nus ventum sit modo perstent hostes: longo & lugubri pre-
lio ad internitionem vique decernatur. Nempe vt omnibus cu-
rant modis ne ipsis dimicare necesse sit: modo bello possint
vicaria conductitorum manu defungi. Ita quum vitari non
potest quin ipsi ineant pugnam: tam intrepide capessunt: quam
quoad licuit prudenter detrectabant: nec tam primo feroci-
unt impetu quam mora sensim & duratiõe inualescunt: tam of-
firmatis animis vt interim citius quam auerti queant: Quippe
victus illa securitas quæ cuique domus est, adeptaque de posteris
anxia cogitandi cura (Nam hæc solitudo generosus vbi

que spiritus frangit) sublimem & vinci dedignantem facit,
ad hæc militaris disciplinæ peritia fiduciam præbet, postre-
mo rectæ opinionones (quibus & doctrina & bonis reipubli-
cæ institutis imbuti a pueris sunt) virtutem addunt, qua
neque tam vilem habent vitam: vt temere prodigant, neque
tam improbe charam, vt quum honestas ponendam suade-
at, auare turpiterque retineant. Dum vbique pugna maxima
feruet, lectissimi iuuenes coniurati, deuotique, ducem sibi des-
piciunt aduersum, hunc aperte inuadunt, hunc ex insidiis
adoriuntur, idem eminus, idem cominus petitur, longo que
ac perpetuo cuneo, summissis assidue in fatigatorum locum
recetibus, oppugnantur. raroque accidunt (ni sibi fuga prospiciat
vt non intereat aut viuus in hostium potestatem veniat
Si ab ipsis victoria sit, haud quam cede grauantur: fugatos
enim comprehendunt: que occidunt libentius. neque vnum ita per-
sequuntur fugientes: vt non vnam interim sub signis instru-
ctam aciem retineant, adeo nisi cæteris superati partibus: po-
strema acie sua victoriam adepti sint: elabi potius hostes vni-
uersos sinant: quam insequi fugientes, perturbatis suorum ordi-
nibus insuescat. memores libi met haud semel vni venisse: vt
mole totius exercitus victa profligataque: quum hostes victo-
ria gestientes: hac atque illac abeuntes persequerentur: pauci
ipsorum in subsidiis collocati ad occasiones intenti: disper-
sos ac palantes illos & præsumpta securitate negligentes de
repente adorti: totius euentum prælii mutauerunt. extor-
taque manibus tam certa & indubitata victoria: victi victo-
res inuicem vicerunt. Haud facile dictu est: astutiores instru-
endis insidiis: an cautiore ad vitandas sicut. fugam parare
credas: quum nihil minus in animo habent: contra quum
id consiliu capiunt: nihil minus cogitare putes. Nam si ni-
mum sese sentiunt aut numero aut loco premi: tunc aut no-
ctu: agmine silente: castra mouent: aut aliquo stratagemate
eludunt: aut interdum ita sensim sese referunt: tali seruato
ordine: vt non minus periculi sit cedentes quam instantes adori.

Durum potest
stomachum
petendus:
quo citius
finiatur
bellum.

h
o
T
a
M
o
T
q

Quæ bellum: vbi

Reverent
Castra diligentissime communiunt fossa prealta lataque, terra quae egeritur introrsum relecta: nec in eam rem opera mendaciorum utuntur: ipsorum manibus militum res agitur, totusque exercitus in opere est: exceptis qui pro vallo in armis ad subitos casus excubant. Itaque tam multis adniten- tibus: magna multumque amplexa loci munimenta, omni fide citius perficiunt.

Forme armorum

Armis utuntur ad excipiendos ictus, firmis, nec ad motum gestumve quemlibet ineptis, adeo ut ne natando quidem molesta sentiant. Nam armati natate inter militaris disciplinae rudimenta conuiescunt: tela sunt eminus sagittae quae acerrime simul & certissime iaculantur non pedites modo sed ex equis etiam, corninus vero non gladii: sed secures vel acie letales vel pondere seu cesim seu puctim feriunt. Machinas excogitant sollertissime, factas accuratissime celant ne ante proditae quam res postulet. ludibrio magis quam vtili sint: in quibus fabricandis hoc in primis respiciunt: uti vectu faciles & habiles circumactu sint.

De inducijs.

Initas cum hostibus inducias tam sancte obseruant ut ne la- cessiti quidem violent. Hostilem terram non depopulantur: neque segetes exurunt, imo ne hominum equorumue pedibus: conterantur, quantum fieri potest prouident, rati in ipsorum usus crescere. Inermem neminem ledunt, nisi idem speculator sit. Deditas vrbes tuentur, at nec expugnatas: diripiunt, sed per quos deditio est impedita eos enecant: caeteris defensoribus in seruitutem addictis. Imbellem tur- bam omnem relinquunt intactam. Si quos deditioem sua- sisse compererint, hiis e damnatorum bonis aliquam partem impartiunt, reliqua sectione auxiliares donant. Nam ipsorum nemo quicquam de preda cupit. Caeterum confecto bello, non amicis impensas in quos insumpsere: sed victis imputant: exiguntque eo nomine: partim pecuniam quam in similes bellorum usus referuat: partim praedia quae sunt ipsis apud eos perpetua, non exigui census.

Et hostes victores maximam partem de- pendunt.

Huiusmodi redditus nunc apud multas gentes habent, qui

varii ex causis paulatim nati: supra septingenta ducato- rum millia in singulos annos excreuere: in quos e suis ci- uibus aliquos emittunt questorum nomine, qui magnifi- ce viuunt, personamque magnatum illic pre se ferant: at mul- tum tamen superest quod inferatur aerario nisi malint ei demgenti credere: quod saepe tantisper faciunt: quoad uti necesse sit, vixque accidit vniquam, ut totam reposeant. Ex hiis pre- diis partem assignant illis: qui ipsorum horratu tale discrimen aduentu quale ante monstraui, si quis princeps armis aduersus eos sumptis, eorum ditionem parat inuadere, ma- gnis illico viribus extra suos fines occurrunt: nam neque te- mere in suis terris bellum gerunt: neque vlla necessitas tanta est ut eos cogat aliena auxilia in insulam suam admittere.

De religionibus Vtopiensium.

Religiones sunt non per insulam modo: verum singulas etiam vrbes variae aliis solem, lunam aliis aliis aliud erran- tium siderum, dei vice venerantibus, sunt quibus homo quispiam: cuius olim aut virtus aut gloria enituit: non pro deo tantum, sed pro summo etiam deo suspicitur. At mul- to maxima pars, eademque longe prudentior, nihil horum: sed vnum quoddam numem putant, incognitum: aeternum inmensum, inexplicabile, quod supra mentis humanae ca- ptum sit, per mundum hunc vniuersum, virtute non mole diffusum: hunc parentem vocant. Origines, auctus, pro- gressus, vices finisque rerum omnium, huic acceptos vni re- ferunt: nec diuinos honores alii praeterea vlli, applicant. Quin caeteris quoque omnibus, quamquam diuersa credentibus hoc tamen cum istis conuenit quod esse quidem vnum censent summum, cui & vniuersitatis officium & prouidentia de- beatur, eumque communiter omnes patria lingua Mythram appellant sed eo dissentiunt, quod idem alius apud alios habetur. Autumant quoque quicquid id sit, quod ipse sum- mum ducit, eandem illam prorsus esse naturam, cuius vni- us numini ac maiestati, rerum omnium summa: omnium

*R. Agui
hominum pro
deu*

Mythras

consensu gentium tribuitur. Cæterum paulatim omnes ab
ea superstitionum varietatæ desiliunt, atq; in vnam illam
coalescunt religio nem: quæ reliquas ratione videtur an-
tecellere. neque dubium est quin cæteræ iam pridem eua-
nuissent, nisi quicquid in posterum cuiq; inter mirandæ
religionis consilia fors obieciisset, non id accidisse casu: sed
celitus immissum interpretaretur timor: tanq; numine, cui
suis relinquebatur cultus, impium contra se propositum vin-
dicante. At posteaq; acceperunt a nobis Christi nomen, do-
ctrinam, mores, miracula: nec minus mirandam tot marty-
rum constantiam: quorum sponte fusus sanguis, tam nu-
merosæ gentes in suam sectam longe lateq; traduxit, non
credasq; promissis in eam affectibus etiam ipsi concesserint, si-
ue hoc secretus inspirante deo: siue quod eadem visa est he-
resis proxima, quæ est apud ipsos potissima, qm hoc quoq;
fuisse non paulum momenti crediderim, quod Christo cõ-
munem suorum victum audierant placuisse: & apud gere-
manios Christianorum conuentus adhuc in vñ esse.
Certe quoquo id momento accidit, haud pauci nostram i
religionem colerunt Lymphaq; sacra sunt abluti. Verum
quoniam i nobis quatuor (totidem enim duntaxat super-
eram, nam duo fati cõcesserant) nemo id quod doleo,
sacerdos erat: cæteris initiati, ea tamen adhuc sacramenta
desyderant, quæ apud nos non nisi sacerdotes conferunt:
Intelligunt tamen, optantq; ita vt nihil vehementius: qui
hoc quoq; sedulo iam inter se disputant an sine Christiani
pontificis missu quisq; suo numero delectus sacerdoti cõ-
sequatur characterem, & electuri: sane videbantur, verum
quum ego discederem: nõdum elegerant. Quin hii quoq;
religionis christianæ qui non assentunt: neminem tamen
absterrent: nullum oppugnant imbutum. Nisi quod vnus
e nostro cõtatu me præsentem cohercitus est. Is quum reces ab-
lutus: nobis contra suadentibus, de Christi cultu publice
maiore studio q; prudentia disserteret, vsq; adeo cõcepit in-
calescere: vt iam non nostra modo sacra cæteris auteferet,

sed protenus vniuersa damnet. Prophana ipsa, cultores
Impios ac sacrilegos: æterno plectendos igni vociferaretur
Talia diu cõconantem comprehendunt, ac reum nõ sprete
religionis: sed excitati i populo tumultus agunt: peraguntq;
damnatum: exilio mulent: siquidem hoc inter antiquis-
sima instituta numerat, ne sua cuiq; religio fraudi sit. Vto-
piensis enim iam inde ab initio, quum accepisset incolas an-
te suum aduentum de religioibus inter se assidue dimicasse,
atq; animaduertisset eam rem, q; in cõmune dissidentes, sin-
gulæ p patria sectæ pugnabãt, occasionem prestitisse sibi
vincendarum omnium, adeptus victoriam sanxit, vt i cuiq;
religionem libeat sequi liceat: vt vero alios quoq; in suam
traducat, hætenus niti possit, vt placide ac modeste suam
rationibus astruat, non vt acerbe cæteras destruat si suadẽ
do nõ persuadeat, neq; vim vllam adhibeat: & cõuicis tem-
peret: petulãtius hac de re cõtendẽtem exilio aut seruitute
mulent. Hæc Vtopiẽsis instituit nõ respectu pacis modo
quam assiduo certamine: inexpiabili odio funditus vidit
euerti, sed q; arbitratus est, vt sic decerneretur, ipsius etiã
religionis interessẽ, de qua nihil est ausus temere definire:
velut incertum habes: an varium ac multiplicem expetens
cultum deus, aliud inspiret alii, certe vt ac minis exigere:
& quod tu verum credis idem omnibus videatur, hoc vero
& insolẽs & ineptum cõsuetum si maxime vna vera sit: cæ-
teræ oēs vanæ, facile tñ preuidit (modo cum ratioẽ ac mo-
destia res agatur) futurum deniq; vt ipsa per se veti vis æ-
mergat ali quando atq; æmineat. In armis & tumultu certe
tur, vt sint pessimi quiq; maxime peruicaces: optimam ac
sanctissimam religionem ob uauillimas inter se supersti-
tiones, vt segetes inter spinas ac frutices obrutum iri. Itaq;
hãc totã rem i medio posuit: & qd credẽdũ putaret liberũ
cuiq; reliquit. Nisi q; sancte ac leuere vetuit: ne qs vsq; adeo
ab humanæ naturæ dignitate degeneret, vt animas quoq;
iterire cõ corpore, aut mūdũ temere ferri, sublata pudetia
putet, atq; ideo post hæc vitia supplicia vitis decreta, virtuti-
gmia constituta credunt, contra lententem, ne in hominum

Laude tra-
hẽt sunt
homines
ad religio-
nem:

g. 11

g. 12

11

11

11

ad vñ

quidem ducunt numero, vt qui sublimem animæ suæ natura
ad pecuini corpusculi vilitatem deiecerit, tantum ab
est vt inter ciues ponant, quorum instituta moresq; si per
metum liceat omnes, floccifactorus sit. Cui enim dubium
esse potest, quum is publicas patriæ leges, aut arte clam elu
dere, aut vi nititur infringere, dum suæ priuatim cupiditas
tiseruiat, cui nullus vltra leges metus, nihil vltra corpus spei
superest amplius. Quam obrem sic animato nullus comu
nicatur honos nullus magistratus committitur, nulli pub
lico muneri præficitur. Ita passim velut inertis ac iacētis na
turæ despicitur. Cæterum nullo afficiunt supplicio, quod
persuasum habeant, nulli hoc in manu esse, vt quicquid libet
sentiat, sed nec minus adigunt vllis animi vt dissimulet suū
nec fucos admittunt & mendacia, quæ velut proxima frau
di, mirum q̄ habent inuisa. Verum ne pro sua disputet sen
tentia prohibent, atq; id dumtaxat apud vulgus. Nam alio
quin apud sacerdotes grauesque viros scorsum, non sinunt
modo, sed hortantur quoq; confisi fore vt ea tandem vasa
nia rōni cedat. Sunt & alii nec hii sane pauci, nempe impro
hibiti, veluti neq; ratione penitus pro se carentes: neq; mali,
qui vicio longe diuerso, brutorum quoq; æternas esse ani
mas opinantur. At nostris tamen neq; dignitate comparan
das neq; ad æquam natas felicitatem, hominum enim cun
cti fere tam immensam fore beatitudinem, pro certo atq; ex
plorato habent, vt morbum lamētentur omnium mortem
vero nullus, nisi quem vident anxie e vita inuitumq; diuel
li. Nempe hoc pro pessimo habent augurio, tanq̄ aia ex spes
ac male conscia, occulto quoq; iam imminētis poenæ præsa
glo, reformidet exitum. Ad hoc haud quaq; gratum deo ei
putant aduentum fore, qui quum sit accensitus, non accu
rit libens, sed inuitus ac detrectans pertrahitur. Hoc igitur
mortis genus, qui intuentur horrent, itaq; defunctos, nesti
ac silentes efferūt, precati q; propitiū manib; deū, vt eorum
clæmenter infirmitatibus ignoscat: terra cadauer obruūt.
Cōtra: quicumq; alacriter ac pleni bona spe decesserint: hos

Mira' opi
nio de ani
mabus
brutorum

de
f

nemo luget: sed cantu prosequuti funus: animas deo: mag
no commendantes affectu: corpora tandem reuerenter ma
gis q̄ dolenter concremant: columnamq; loco insculptis de
functi titulis erigunt, domum reuersi: mores actaq; eius re
sentent: nec vlla vitæ pars: aut sapius: aut libentius: q̄ læ
tractatur interitus. Hanc probitatis memoriam: & viuise
ficacissima rentur incitamenta virtutum: & gratissimū de
functis cultum putant: quos interesse quoq; de se sermoni
bus opinantur: quanq̄ (vt est hebes mortalium acies) inuisi
biles. Nam neq; felicitum sorti cōueniat: libertate carere mi
grādi quo velint: & ingratorum fuerit prorsus abieciisse de
syderium amicos inuisendi suos: quibus eos dum viuerent
mutuus amor charitasq; deuinxerat: quanq̄ bonis viris: vt
cætera bona: adaucta post fata potius q̄ imminuta conie
ctant. Mortuos ergo versari inter viuentes credunt: dicto
rum factorumq; spectatores: eoq; res agendas fidentius ag
grediuntur: talibus velut freti presidibus: & ab inhonesto
secreto deterret eos: credita maiorum præsentia. Auguria
cæterasq; superstitionis vanæ diuinationes: quarum apud
alias gentes magna est obseruatio: negligunt prorsus atq;
irrident. Miracula vero: quæ nullo naturæ prouentunt ad
miniculo: velut præsentis opera testesq; numinis veneran
tur: quaha & ibi frequenter extare ferunt: & magnis inter
dum ac dubiis in rebus publica supplicatione: certa cum fi
ducia procurant impetrantq;. Gratum deo cultum putant
naturæ contemplationem: laudemq; ab ea. sunt tamē hiiq;
haud sane pauci: qui religione ducti: literas negligunt: nul
li rerum cognitioni student: neq; ocio prorsus vlli vacant:
negociis tantum: bonisq; in cæteris officiis statuunt: futu
ram post fata felicitatem p̄ moueri. Itaq; alii egrotis inseru
unt, alii vias reficiūt, purgāt fossas, pontes reparāt, cespites,
arenā, lapides effodiunt, arbores demolunt ac dissecant, bi
gisq; ligna, fruges, item alia in vrbes important, nec in publi
cum modo, sed priuatim quoq; ministros ac plusq; seruos
agunt. Nam quicquid vsq; operis est asperum, difficile, fore

didum, a quo plerumque labor, fastidium, desperatio, deterra-
at, hoc illi sibi totum libentes, hilaresque desumunt, cæteris o-
cium procurant, ipsi perpetuo in opere ac labore versantur,
nec imputat tamen nec aliorum suggillant vitam, nec suam effe-
runt. Hii quo magis sese seruos exhibet, eo maiore apud om-
nes in honore sunt. Eorum tamen hæreses duæ sunt, altera
cælebium, qui non venere modo in totum abstinent, sed car-
nium esu quoque quidam animalium etiam omnium, reiectis
que penitus tanquam noxiis vitæ præsentis voluptatibus, futu-
ræ dumtaxat, per vigiliis ac sudores inhiant, eius propedis-
em obtinendæ spe, alacres interim vegetique. Altera laboris
haud minus appetens, coniugium præfert, ut cuius nec asp-
natur solacium, & opus, naturæ debere se, & patriæ liberos
putant. Nullam voluptatem refugiunt, quæ nihil eos ab la-
bore demoretur. Carnes quadrupedum vel eo nomine dili-
gunt, quod tali cibo se validiores ad opus quodque censent.
Hos Vtopiani prudentiores, at illos sanctiores reputant.
Quos quod cælebatum anteferunt matrimonio, asperamque
vitam placidæ anteponunt, si rationibus niterentur rideret,
nunc vero quum se fateantur religione duci suspiciunt ac re-
uerentur. Nihil enim sollicitius obseruant quam ne temere quit-
quam vlla de religione pronuntient. Huiusmodi ergo sunt, quos
illi peculiari nomine sua lingua Buthrescas vocant, quod ver-
bum latine religiosus licet interpretari. Sacerdotes habent
eximia sanctitate eoque admodum paucos, neque enim plus quam
tredecim in lingulis habent urbibus, pari templorum numero
nisi quum itur ad bellum, tunc enim septem ex illis cum ex-
ercitu profectis totidem sufficiuntur interim, sed illi reuer-
si suum quisque locum recuperat, qui super sunt, hii quoad de-
cedentibus illis ordine succedunt comites interea sunt pon-
tificis. Nam vnus reliquis præficitur. Eliguntur a populo,
sed cæterorum ritu magistratum, occultis ad studia vitæ
da, suffragiis electi a suo collegio consecrantur. Hii rebus di-
uinis præsunt, religiones curant ac morum veluti censors

sunt, magnoque pudore ducitur ab his quæ tanquam vitæ pa-
rum probatæ accerli compellatur. Cæterum ut hortari
atque admonere illorum est, ita cohercere atque in facinorosos
animaduertere principis, atque aliorum est magistratum, ni-
si quod sacris interdicitur, quos improbe malos coperiunt,
nec vllum fere supplicium est quod horreat magis. Nam &
summa percelluntur infamia & occulto religionis metu las-
cerantur, ne corporibus quidem diu futuris in tuto, quippe
ni properam poenitentiam sacerdotibus approbent, com-
prehensi impletis poenam senatui persoluunt, pueritia
iuuentusque ab illis eruditur nec prior literarum cura quam mo-
rum ac virtutis habetur, namque iunnam adhibent industri-
am ut bonas protenus opiniones & cõseruandæ ipsorum
reipublicæ vtilis, teneris adhuc & sequacibus puerorum
animis instillent, quæ ubi pueris penitus insederint, viros
per totam vitam consistantur magnamque ad tuendum pub-
licæ rei statum (qui non nisi vicis dilabitur quæ ex peruer-
sis nascuntur opinionibus) afferunt vtilitatem. Sacerdotibus
(ni feminae sint, nam neque ille sexus excluditur, sed ra-
rius, & non nisi vidua natumque grandis eligitur) vxores sunt
popularium selectissimæ. Neque enim vlli apud Vtopien-
ses magistratum maior habetur honos, sive quæ deo: ut si quid
etiam flagitii admiserint, nulli publico iudicio subsint, deo
tantum ac sibi relinquuntur. Neque enim fas putant illum
quantumuis scelestum mortali manu contingere: qui deo
tam singulari modo velut anathema dedicatus est, qui mos
illis facilius est obseruatu, quod sacerdotes & tam pauci, &
tanta cum cura deliguntur. Nam neque temere accidit: ut
qui ex bonis optimus ad tantam dignitatem: solius respec-
tum virtutis euehitur, in corruptelam & vicium degeneret:
& si tam maxime contingere, ut est mortalium natura
mutabilis, in qua sunt paucitate, nec vlla præter honorem
potestate preediti, ad publicam certe perniciem nihil magni
ab his momenti primescendum sit. Quos ideo ita raros atque i-

Handwritten note in the right margin, partially obscured.

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Femine sacerdotel

Handwritten note in the right margin.

Handwritten note in the right margin.

Celary

C.

Handwritten note in the left margin.

Handwritten note in the left margin.

Handwritten note in the left margin.

Handwritten note in the left margin.

Handwritten note at the bottom of the left page.

Handwritten note at the bottom of the right page.

frequentes habent, ne dignitas ordinis: quem nūc tanta ve-
 natione prosequuntur, communicato cum multis hono-
 re, vilesceret, præsertim quum difficile putent frequentes
 inuenire tam bonos vt ei sint dignitati pares, ad quam ge-
 rendam non sufficit mediocribus esse virtutibus. Nec cog-
 estimatio apud suos magis q̄ apud exterarum gentes ha-
 betur, quod ide facile patet. Vnde etiam natum puto. Nam
 pe decernentibus prelio copiis, seorsum illi non admodū
 procul confidunt in genibus, iacras induti vestes, tenis ad-
 pectum palmis, primum omnium pacem, proxime: suis vi-
 ctoriam sed neutri cruentam parti comprecantur, vincenti-
 bus suis decurrunt in aciem: seuientesq̄ in profligatos inhi-
 ber: vidisse tantum atq̄ appellasse præsentis ad vitam satis
 diffluentium contactus vestium, reliquas quoq̄ fortunas
 ab omni bellorū iniuria defendit. Qua ex re apud omnes
 vndiq̄ gentes, tanta illis veneratio, tantum vere maiestatis
 accessit: vt sæpe ab hostibus non minus salutis ad ciues res-
 portarint, q̄ ab ipsis ad hostes attulissent. siquidem aliqua
 do constat, inclinata suorum acie, desperatis rebus, quum
 ipsi in fugam verterentur: hostes in cedem ac prædam rue-
 rent, interuentu sacerdotum interpellatam stragem: ac di-
 remptis inuicem copiis: pacem equis cōdicionibus esse cō-
 positam atq̄ cōstitutam. Neq̄ enim vnq̄ fuit vlla gens tam
 fera, crudelis, ac barbara, apud quos ipsorum corpus non
 sacro ianctum, atq̄ inuolabile sit habitum: festos celebrat
 initialem atq̄ vltimum cuiusq̄ mensis: d̄tem & anni item,
 quem in menses partuntur: circuitu lunæ finitos vt solis
 ambitus annum circinat. Primos quosq̄ dies cynemeros
 nos, postremos ipsorum lingua Trapemernos appellant,
 quæ vocabula perinde sonat ac si primifesti & finifesti vo-
 centur. Delubra visuntur egregia vt pote non operosa mo-
 do, sed quod erat in tanta ipsorum paucitate necessarium,
 immensi etiam populi capacia. Sunt tamen omnia subob-
 scura nec id ædificandi incitua factum: sed consilio sacerdo-
 tum ferunt, quod immodicam lucem cogitationes disper-

At apud nos quata turba est.

facit nos stris lon ge sancto res.

Festorum dierum apud Troas pices obseruatio.

Templa coluimodi

gere: partiore ac velut dubia colligi animos: & intendi re-
 gionem putant. quæ quoniam non est ibi apud omnes eas-
 dem: & vniuersæ tamen eius formæ quantū variæ ac multæ
 simplices in diuinæ naturæ cultum velut in vnū finem d̄uer-
 sa via commigrant: idcirco nihil in templis visitur audire
 ue quod non quadrare ad cunctas in commune videatur.
 Si quod proprium sit cuiusq̄ Sectæ sacrum: id intra dome-
 sticos quisque parietes curat: publica tali peragunt ordine
 qui nulli prorsus ex priuatis derogat. Itaq̄ nulla deorum ef-
 figies in templo conspicitur: quo liberum cuiq̄ sit qua fore-
 ma deum velit e summa religione concipere, nullum pecu-
 liare dei nomen inuocant: sed Mythræ dumtaxat: quo vos-
 cabulo cuncti in vnam diuinæ maiestatis naturam: quæcū-
 que sit illa: conspirant: nullæ concipiuntur preces: quas nō
 pronūciare quiuis inoffensa sua secta possit. Ad templum
 ergo in finifestis diebus vespere conueniunt: ac huc ieiuni-
 acturi deo de anno menseue cuius id festum postremus die-
 es est: prospere acto gratias: postero die nam is primifestus
 est: mane ad templa confluitur vt in sequentis anni mensis
 ue: quem ab illo auspiciari festo sint: faustum foelicemq̄
 successum comprecantur. At in finifestis antea q̄ templum
 petunt vxores domi ad virorum pedes: liberi ad parietum
 prouolunt: peccata fatentur se se aut admissio aliquo aut of-
 ficio indiligēter obito ventamq̄ errant precantur. ita si qua
 se nubecula domesticæ similitatis offuderant ali sacrificio
 ne discutitur vt animo puro ac sereno sacrificiis intersint:
 nam interelle turbido: religio est: eoque odii iræve in queng-
 sibi concii: nisi reconciliati ac defecatis affectibus ad sacri-
 ficia non ingerunt sese: vindictæ celeris: magnæq̄ metu. Eo-
 quum veniunt: viri in dextram delubri partem: feminae se-
 orum in sinistram conuincant: tum ita se collocant vt cuiq̄
 q̄ domus masculi ante patrem familias confideant: femi-
 narum mater familias agmē claudat: ita prospicitur vt om-
 nes omnium gestus foris ab hiis obseruentur, quorum au-
 toritate domi ac disciplina reguntur, quin hoc quoq̄ sedu-
 m iiii

Risu

Confessio Troiensium

At apud nos qui se inquinati sunt aris primi esse contendit

De coniugio

lo cauent, vti iunior ibi passim cum seniore copuletur, ne pu-
eri pueris crediti, id rpiis puerilibus transigant ineptiis, i quo
deberet maxime religiosum erga superos metum, maximè
ac ppe vnicū virtutibus incitamentum cōcipere. Nullum aīal
in sacrificiis mactāt, nec sanguine rētur ac cedib⁹ diuinā gau-
dere clemētiam, q̄ vitam aīantibus ideo est elargitus, vt viues-
rēt. Th⁹ incendūt & alia item odoramenta, ad hæc cereos nu-
merosos præferūt, nō q̄ hæc nesciāt nihil ad diuinam con-
ferre naturam, quippe vt nec ipsas hoīm preces, sed & inno-
xium colendi genus placet, & hīs odoribus luminibusq̄, ac
cæteris etiam ceremoniis nescio quō se sentiunt hoīes eri-
gi, atq̄ in dei cultum aīo alacriore consurgere. Cādidas in tē-
plo vestibus amicitē populus, sacerdos verficoloris induit:
& opere & forma mirabiles materia nō perīn preciosa, neq̄
enim auro in textæ aut raris coagmentatæ lapidibus: sed di-
uersis autū plumis: tam scite rātoq̄ artificio laboratæ sunt:
vt operis præciū nullius æstimmatio materiæ fuerit æq̄tura.
Ad hoc in illis volucrū penīs plumisq̄: & certis earum ordi-
nibus quibus in sacerdotis veste describantur: arcana q̄dam
dicūt cōtineri mysteria: quoz interpretatiōe cognita, q̄ per
sacrificos diligēter tradit diuinorū in se beneficiorū suæq̄
vicissim pietatis in deum: ac mutui quoq̄ inter se officii ad-
moneantur. Quū primum sacerdos ita ornat⁹ ex adyto se
se offert: cūcti p̄tenus in terram venerabundi p̄cūbunt: tam
alto ab oī parte silentio: vt ipsa rei factes: terrore quedam vel-
lut p̄ntis cuiuspiā numinis incutiat. Tellure paulū moratis:
dato ab sacerdote signo: erigunt sese: tum laudes deo canūt
quas musicis instrumētis interstingūt: aliis magna ex parte
formis: q̄ nō nostro visunt orbe. Ex illis plæræq̄ sicut q̄ nos
bis in vsu sunt: multum suauitate vincūt. ita quædā nostris
ne conferēda quidem sint. Verum vna in re haud dubie lō-
go nos interuallo præcellūt. q̄ omnis eorum musica: siue q̄
personat organis: siue quā voce modulatur humana: ita na-
turales affectus imitat & exprimit: ita sonus accommodat
ad rem, seu deprecatis oro sic, seu læta, placabilis, turbida, lu-

gubris, irata, ita rei sensum quendam melodiæ forma rese-
sentat, vt animos auditorum mirum in modum afficiat, pe-
netret, incendat. solennes ad vitimum conceptis verbis pre-
ces, sacerdos pariter populusq̄ percensent, ita compositas,
vt quæ simul cuncti recitant, priuatim quisq̄ ad semet refer-
rat. In hīs deum & creationis & gubernationis & cæterorū
præterea bonorum omnium, quilibet recognoscit autho-
rem, tot ob recepta beneficia gratias agit, nominatim vero
quod deo propicio in eam rem publicam incidit quæ sit
felicissima, eam religionem sortitus sit, quam speret esse ve-
rissimam. Quæ i re, si qd erret, aut si qd sit alterutra melius
& quod deus magis approbet, orare se eius bonitas efficiat,
hoc vt ipse cognoscat. paratū. n. seq̄ se quaq̄ versus ab eo du-
cāt, sin & hæc recip. forma sit optia, & sua religio rectissima
tū vt & ipsi constantiā tribuat, & cæteros mortales oīs ad
eadē instituta viuēdi, in eadem de deo opinionē pducat, nisi
si inscrutabile ei⁹ voluntatem er sit, qd in hac religionū varie-
tate delectet. Deniq̄ precatur vt facile defunctum exitu ad
se recipiat, q̄ cito seroue præstinire quidem non audere se.
Quāq̄ quod inoffensa eius maiestate fiat, multo magis ipsi
futurum cordi sit, difficillima morte obita, ad deum perua-
dere, q̄ ab eo diutius, prosperrimo vitæ cursu distineri. Hæc
prece dicta rursus in terram proni pauloq̄ post erecti, disce-
dunt pransum, & quod superest diei ludis & exercitio mili-
taris disciplinæ percurrunt.

Descripti vobis q̄ potui verissime ei⁹ formam resp. quā ego
certe nō optima tantum: sed solam er censeo: q̄ sibi suo iure
possit resp. vedicare vocabulum. Siq̄dem alibi: de publico
loquētes vbiq̄ commodo: priuatum curant. Hic vbi nihil
priuati est: serio publicū negotiū agūt: certe vtrōq̄ meri-
to. Nā alibi: quot⁹ quisq̄ est q̄ nesciat: nisi qd seorsum p̄cipi-
ciat sibi: q̄ tūis florere repu. semet tū fame periturum: cog-
necessitas vrget vt sui poti⁹, q̄ populi id est altiorū habēdam
sibi rōnem ceseat. Cōtra hīc, vbi oīa oīm sūt, nemo dubitat,

Securē mō vt plena sint horrea publica) q̄c̄ priuati cuiq̄ de
futur. Neq̄. n. maligna rerū distributio est, neq̄ inops neq̄
medicus ibi quisq̄ & quum nemo quicq̄ habeat, oēs tñ diui/
res sunt. Nā quid ditius esse potest, q̄ adēpta prorsus oī sol/
licitudine, laeto ac trāquillo aīo viuere: nō de suo victu tres/
pidum, nō vxoris querula flagitatione vexatum, nō paup/
tatem filio metuētē, nō de filia dote anxii, sed de suo suo
rūq̄ oīm, vxoris, filiorū, nepotum, p̄nepotum, abnepotum,
& q̄ lōgam posterorū seriem suorum, generosi p̄suntunt:
victu esse ac felicitate securum. Quid q̄ nihilo minus his p/
spicitur, qui nūc impotes olim laborauerūt, q̄ his qui nūc la/
borant. Licet aliq̄s velim cum hac aeq̄tate audeat aliaq̄ iustici/
am gētium cōparare apud quas dispereā, si vllum p̄t suscō/
perio, iusticiae aequitatisq̄ vestigiū. Nam q̄ hęc iusticia est:
vt nobilis quispiā, aut aurifex, aut fenerator, aut deniq̄ aliq̄
quisq̄ eorū, qui aut oīno nihil agūt, aut id quod agūt eius ge/
neris est, vt nō sit reip. magnopere necessariū, lautā ac splen/
didam vitam, vel ex ocio, vel superuacuo negotio conseq̄,
quū interim mediastinus, auriga, faber, agricola, tāto tamq̄
assiduo labore, q̄ vix iumenta sustineāt, tam necessariū, vt il/
ne eo ne vnū quidem annum possit vlla durare respu. victū
tñ adeo malignum parāt, vitā adeo miseram ducit: vt lōge
potior videri possit cōditio iumentorum, q̄bus nec tam p̄/
petuū labor, nec victus multo deterior est, & ipsis etiam sua/
uio, nec vllū interi de futuro timor. At hos & labor sterilis:
atq̄ infructuos⁹, in p̄nti stimulat & iopis recordatio senectut/
tis occidit, quippe q̄b⁹ parci⁹ est diurna merces, q̄ vt eīdem
possit diei sufficere, tñ abē vt excrescat, & super sit aliqd/ q̄
quotidie queat in ieneētutis vsum reponi. An non hęc ini/
qua est & ingrata respública, quæ generosis vt vocant & au/
rificibus & id genus reliquis, aut ociosis aut tñ adulatorib⁹
& inanium voluptatū artificib⁹, tanta munera pdigit. agris/
colis contra, carbonariis, mediastinis, aurigis & fabris: sine
q̄b⁹ nulla oīno resp. ect nihil benigne prospicit. Sed eorū flo/
retis aetat' abusa laborib⁹, annis tadē ac morbo graues, oīm

Baron
de mite
phara

Prope
reptu
in p̄nti

in p̄nti
reptu

reptu

Compan

rerum indigos, tot vigiliarum inmemor, tot ac tantorum
oblita beneficiorum inlerrima morte repesat ingratiſſima
Quid quod ex diurno pauperum demerito diuites cotidie a/
liquid, nō modo priuata fraude, sed publicis etiam legibus
abradūt, ita quod ante videbatur iniustum, optime de rep.
meritis pellimam referre gratiam, hoc isti deprauatum etiā
fecerūt, tum puulgata lege iusticiam. Itaq̄ omnes has q̄ ho/
die vsq̄ florent respub. animo intucti ac versanti mihi, nihil
sic me amet deus occurrit aliud q̄ quaedam cōspiratio diui/
tum de suis commodis reip. nomine tituloq̄ tractantium.
cōminisciturq̄ & excogitant omnes modos atq̄ artes qui/
bus, quæ malis artibus ipsi cogellerūt, ea primum vt absq̄
perdendi metu retineat, possit hoc vt pauperum omniū ope/
ra ac laboribus q̄ minimo sibi redimat, eisq̄ abutatur. Hęc
machinamēta vbi semel diuites publico noīe, hoc est etiam
pauperum, decreuerunt obseruari, iam leges fiunt. At hoīes
stufferim, quum inexplibili cupiditate, quæ fuerāt omnib⁹
suffectura, ea omnia inter se partiuerint, q̄ longe tamen ab
Vtopiēsiū reip. felicitate absunt: æqua cum ipso vsu sub/
lata penitus omni auiditate pecuniæ, Quanta moles mo/
lestiarum recisa, quanta scelerum seges, radicitus euulsa est
Quis enim nescit fraudes, furta, rapinas, rixas, tumult⁹, iur/
gia, seditiones, cedes, proditones, veneficia cotidianis vin/
dicata potius q̄ refrenata supplicis, intrempta pecunia cō/
morisi, ad hęc metum sollicitudinem, cutas: labores: vigi/
ltas, eodem momento quo pecunia perituras, qui pauper/
tas ipsa quæ sola pecuniis visa est idigere: pecunia prorsus
vndiq̄ sublata: protenus etiam ipsa deceleret id quo fiat
illustrius, reuolue in animo tecum annum aliquem sterile:
atq̄ infecūdum, in quo multa hominum millia, fames ab/
stulerit: cōtendo plane in fine illius penuriæ excussis diuit/
rum horreis: tatum frugum potuisse reperiri: quātum si fu/
isset inter eos distributum: quos macies ac tabes absumpsit
illam coeli soliq̄ parciatē: nemo omnino sensisset: tam
facile victus parari possit: nisi beata illa pecunia: quæ pre

171
172
173

hæc anno
lector.

Curia
reptu

Yulianus
reptu

annona

reptu

reptu
reptu
reptu

clare scilicet inuenta est, vt aditus ad victum per eam pate-
sceret: sola nobis ad victum viam intercluderet. Sentiant
ista non dubito etiam diuites, nec ignorant quanto potior
esset illa condicio nulla re necessaria carere: q̄ multis abun-
dare superfluis, tam numerosis eripi in alis q̄ magnis obli-
deri diuitiis. Neq̄ mihi quidem dubitare subit, qui vel sui
cuiusq̄ commodi ratio vel Christi seruatoris autoritas, q̄
neq̄ pro tanta sapientia potuit ignorare quid optimū esset,
neq̄ qua erat bonitate id consulere quod nō optimū sci-
ret totum orbem facile in huius reip. leges iam dudū tra-
misit, nisi vna tantum bellua: omnium princeps parentq̄
pestium superbia, reluctaretur hæc nō suis commodis pro-
speritatem: sed ex alienis metitur incommodis. hæc ne dea
quidem fieri vellet nullis relictis miseris quibus imperare
atq̄ insultare possit. Quorum miseris præfulgeat ipsius
comparata felicitas, quorum suis explicatis opibus, angat
atq̄ incendat inopiam. Hæc auerni serpens mortalium per-
errans pectora: ne meliorem vitæ capellant viam velut re-
mora retrahit ac remoratur, quæ quoniam pressius homi-
nibus infixæ est q̄ vt facile possit euelli, hanc reip. formam
quam omnibus libèter optarim, Vtopiensibus saltem, cō-
tigisse gaudeo, qui ea vitæ sunt instituta sequuti, quibus
reip. fundamenta tecerunt nō modo felicissime verum etiā
q̄tū humana presagiri cōiectura cōtigit, æternū duratura.
Extirpatis enim domi cum cæteris viciis ambitionis & fa-
ctionum radicibus, nihil impendet periculi, ne domestico
dissidio laboretur, quæ vna multarum vrbium egregie mu-
nitas opes pessundedit. At salua domi concordia, & salua
tribus institutis: non omnium finitimorum inuidia prin-
cipum (quæ sæpius id iam olim semper reuerberata tenta-
uit) cōcutere illud imperium aut commouere queat. Hæc
vbi Raphael recensuit, quanq̄ haud pauca mihi succurre-
bant, quæ in eius populi moribus legibusq̄ perq̄ absurde
videbantur instituta, nō solum de belli gerendi ratione &
rebus diuinis: ac religione, aliisq̄ insuper eorum institutis

Clara p. p. p.

sed in eo quoq̄ ipso maxime: quod maximum totius insti-
tutionis fundamentum est, vita scilicet, victuq̄ communi,
sine vilo pecuniæ commercio, qua vna re funditus euer-
tur omnis nobilitas, magnificentia: splendor, maiestas, ve-
ra vt publica est opinio decora atq̄ ornamenta reip. tamen
quoniam defessum narrando sciebam neq̄ mihi satis ex-
ploratum erat: posset ne ferre, vt contra suam sententiam
sentiretur: præsertim quod recordabar, eo nomine quos
dam ab illo reprehensos, quasi vererentur, ne non satis pu-
tarentur, sapere nisi aliquid inuenirent, in quo vellicare
aliorum inuenta possent, idcirco & illorum institutione
& ipsius oratione laudata, manu apprehendens intro cas-
natum duco: præfatus tamen aliud nobis tempus, iisdem
de rebus altius cogitandi, atq̄ vberius cum eo conferendi
fore. Quod vrinam aliquando contingeret, interea quem
admodum haud possum omnibus assentiri quæ dicta sūt
alioqui ab homine citra contouersiam eruditissimo si-
mul & rerum humanarum peritissimo, ita facile confiteor
permulta esse in Vtopiensium republica, quæ in nostris
ciuitatibus optarim verius, q̄ sperarim

F I N I S

Sermonis pomeridiani Raphaelis Hythlodei, de legi-
bus & institutis Vtopiensis insulæ paucis adhuc cognitæ
per Clarissimum & eruditissimum virum D. Thomam
Morum Ciuem & Vicecomitem Londoniensem Finis.



5596

